PUB. TERENTII COMŒDIAE NUNC PRIMUM ITALICIS VERSIBUS REDDITÆ CUM...

Publius Terentius Afer

23
2

[illegible]
1092

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

COLLEZIONE PISTOIESE
RACCOLTA DAL
Cav. FILIPPO ROSSI CASSIGOLI
nato a Pistoia il 21 Agosto 1825
morto a Pistoia il 19 Maggio 1891

Pergamene Autografi Manoscritti Libri a stampa e Opuscoli Incisioni Disegni Opere musicali — [illegible] e [illegible] Editti Manifesti Proclami Avvisi e Periodici

31 Dicembre 1894

Di questa ediz.e così ne dice il Gamba – Magnifica edizione dedicata ad Augusto [illegible] Duca di [illegible] Nello stesso anno 1736 [illegible] fatta in Torino altra ediz.e in forma di 8° Registrata questa [illegible] quindi volgarmente; e da notarsi che una delle [illegible] Brunet 10 a 15 fr. [illegible]
[illegible] 2 [illegible] 3

Google

Google

PUB.
TERENTII
COMŒDIÆ
NUNC PRIMUM
ITALICIS VERSIBUS REDDITÆ
Cum Perſonarum figuris æri accurate inciſis
ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ.

URBINI
Sumptibus Hieronymi Mainardi.

Anno Domini MDCCXXXVI. X Præſidum Permiſſu.

AUGUSTO III.
POLONIARUM REGI
POTENTISSIMO
DUCI SAXONIÆ
S. R. I. PRINCIPI ELECTORI &c.

HIERONYMUS MAINARDI
Typographus Cameralis.

PUBLII TERENTII Latinorum Poetarum longe elegantiſsimi Comœdias, Italice vincta numeris oratione a Viro præſtantiſsimo redditas, atque æneis Perſonarum figuris ex pervetuſto Bibliothecæ Vaticanæ Codice accurate expreſſis nobilitatas, typis meis editurus, Majeſtati Tuæ, AUGUSTE REX potentiſsime, dicare conſtitui, ut tanto ego Patrono augear, ac ſimul illi honorem magnum a TE accipiant: Quum enim ſupra homines a Deo Optimo Maximo ſis collocatus, ea excelſi animi magnitudine, ac indolis præſtantia emicas, qua omnium mentes ad TE attrahis, & voluntates. Summo Principi congruentes virtutes, quibus alii diuturno ſtudio, ac ſedula exercitatione ornari contendunt, tecum una natæ videntur, & adultæ. Illas autem adoleſcens ita expreſsiſti, ut nemo TE noſſet, qui non amaret; nemo tuos cogitaret, vel experiretur mores, qui

non

non admiraretur, & prædicaret. Spectatus es Rex antequam renunciarere: meritiſque exigentibus claris, mira animorum conſenſione ante votis, quam ſuffragiis electus es. Tuum nomen, dotes eximiæ, & illuſtria facta non modo Saxoniam atque Sarmatiam feliciter occuparunt, ſed etiam Italiam, Europam Univerſam, & Aſiam pervaſerunt: celebranturque cum laude merita, & ſcriptis, & ore omnium. Poſtquam ſubjectorum populorum ſpem implevisti, famam etiam ſuperaſti; deprehenduntque in dies ſingulos, qui tecum verſantur, neſcio quid inſueti, & excelſi, quod deſiderium excedit, & exſpectationem vincit. Nemo TE ſemel adſpexit, cui vidiſſe ſemel ſatis fuit: nemo TE adivit, qui non ſæpius adire exoptaverit. Neque id mirum: nullum enim audis, & mœſtum dimittis: nullum noſcis, cui non bene feceris. Nihil grande, nihil eximium eſt, & heroicum, quod non moribus exprimas; nihil arduum, quod non impleas. Quum probitate, ac juſtitia maxime præſtes, æquitati charitatem, charitati religionem ſapienter adjungis: cui nihil anteponis, ac TE ipſum totum, tuaque omnia præclaris exemplis conſecras. Præfixiſti imperii tui fines publicam tranquillitatem, populorum felicitatem, & ſalutem: quibus bonis ita ſtudium impendis, & operam, ut nihil videatur TIBI eſſe potius. Tam eximiæ vero virtutes tantum abeſt, ut me deterreant, & a Majeſtatis Tuæ throno arceant, quin etiam clementer invitant, & alliciunt. Non eſſes magnus, ſi humiles deſpiceres; nec undecumque ſpectandus, ſi TE literæ ubique gentium Mecœnatem

non

non haberent, ac Patronum præſentiſsimum. Hoc ego potiſsime fretus nomine meum TERENTIUM TIBI offero. Dignum ſane Rege Maximo opus, dignum etiam tuo ampliſsimo, & potentiſsimo Patrocinio. Quod ſi mihi, ac meæ item Typographiæ Regia Majeſtas Tua impertiri dignabitur, immortale decus, nec vulgare emolumentum utrique acceſſiſſe putabo.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

I. ABSOLUTÆ tandem doctorum Virorum ſtudio recenſioni Comœdiarum PUBLII TERENTII, ac lucem publicam ſubituræ cum Interpretatione Italica, & Perſonarum Figuris, æri diligenter, & accurate inciſis, e re duximus Præfationem adjicere, ut univerſis pateat pretium operæ, quam cum orbe literario communicamus.

II. Et quidem quod ad Latinas TERENTII Comœdias attinet, eas ad exemplum exactiorum editionum exhibuimus: potiſſime vero clariſſimi viri Danielis Heinſii recenſionem ſequuti ſumus. Quippe qui matura, ac diligenti navata opera, qua lectiſſimorum manuſcriptorum Codicum exemplo, & auctoritate, qua criticorum virorum judicio, & caſtigationibus, gravem cum primis, & elegantem Poetam nitori ſuo reſtituit: eodemque nomine a literaria Republica gratiam inivit ſingularem. Si quas labes Typographorum vitium intulit, auferre ſtuduimus. Rectæ, probatæque Orthographiæ, atque interpunctionis præcipuam rationem habuimus: conatique ſumus, ut omnibus ſuis partibus abſolutum, & emendatiſſimum opus prodiret.

III. TERENTII Vitam ab Ælio Donato illuſtri Grammatico luculenter ſcriptam, veterumque Scriptorum de ipſo Poeta judicia adjecimus. Neque tantum collectas ex univerſo opere Sententias, & graviter dicta, verum etiam verborum veterum, & raro uſitatorum Indicem expreſſimus, ut cuique pro re nata uſui ſit, nulloque negotio Terentiani laboris legentes fructum capiant. Is enim eſt Auctor, qui lectores ſuos non modo mirifica ſermonis elegantia, & inſigni conſummati operis arte detineat, & oblectet, ſed etiam verborum pondere, atque ſententiarum gravitate erudiat: modo lectio non fiat oſcitanter, aut perfunctorie.

IV. Quæ autem editionem noſtram præcipue commendant, & inſtar eruditiſſimi Commentarii ad Terentianas Comœdias non immerito haberi queunt, ſunt veteres Perſonarum Figuræ, diligenter expreſſæ ex præclaro TERENTII manuſcripto Codice, Romæ in VATICANA BIBLIOTHECA ſervato, Pluteo LI. numero 3868. . Qui Sponio Judice, *mille annorum antiquitatem excedit*. Ille non modo *vultum*, verum etiam *totius corporis habitum*, quibus Theatrales Perſonæ TERENTII ætate uti conſueverunt, egregie exhibet, Æneiſque Typis, a perito, ac diligenti artifice eaſdem exprimi curavimus, ut omnibus numeris conſtaret opus, bonoque literarum non minus exacte, quam magnifice conſuleretur. Hunc Codicem eo nomine Fulvius Urſinus, Lucas Holſtenius, aliique viri doctiſſimi, qui eum Romæ viderunt, & expenderunt, fecere plurimi. Anna Daceria, Tanaquili Fabri Fil. ejuſdem Codicis præſtantiam non ignorans, ex ipſo Perſonarum Icones, quibus Actores ANDRIÆ faciem tegunt, in editione Batavica excudi curavit. Anno ſubinde hujus Seculi decimo ſeptimo, recuſa a Rotterdamenſibus eſt: non tamen cultior reddita. Ac licet Daceria multa de Figuris Perſonarum a ſe repertis, in manuſcriptis Codicibus (quorum noviſſimus octo, vel novem Seculorum antiquitatem ſuperare viſus eſt) in Præfatione obſervat; earum tamen veram, atque germanam effigiem, non exprimit: neque tanta literarum lumina, ex Figuris ipſis haurire poterat, quæ non erant integræ. Chriſtophorus Henricus de Berger omnium primus, quod ſciamus, Perſonarum Figuras ex memorato VATICANÆ BIBLIOTHECÆ Terentiano Codice toto corporis habitu expreſſas edidit, præfixitque *Commentationi de Perſonis, vulgo Larvis, ſeu Maſcheris* vulgatæ Francofurti, & Lypſiæ anno ab hinc quarto decimo; Sed cum iis nævis, atque defectibus, quos facile diligens quiſque inſpector agnoſcet, ſi illas cum noſtris conferat. Multas etiam præterivit, quæ ſuſcepto labori, atque conatui pretium imminuit. At id Pictori non Scriptori dandum eſt vitio. Quum enim vir eruditus aliena ſit uſus opera, in hac parte jure illi adſcribenda non eſt aliorum oſcitantia, & negligentia.

V. Quoniam vero colorem veſtium Perſonarum Æneí typi minime exprimunt: veterique Comicorum ritui pernoſcendo conducit quam maxime illum addiſcere; ex Ælii Donati Libro *de Tragædia, & Comœdia* aperiemus. *Comicis Senibus* (inquit Donatus) *candidus veſtitus inducitur, quod is antiquiſſimus fuiſſe memoratur. Adoleſcentulis diſcolor attribuitur. Servi Comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, vel quo expeditiores agant. Paraſiti cum intortis palliis veniunt. Læto veſtitus candidus: ærumnoſo obſoletus, purpureus diviti, pauperi Phœniceus datur. Militi chlamys purpurea. Puellæ habitus Peregrinus inducitur. Leno pallio varii coloris utitur. Meretrici ob avaritiam luteum datur. Syrmata dicta ſunt ab eo quod trahuntur: quæ res ob ſcenicam luxuriam inſtituta eſt. Eadem in luctuoſis perſonis incuriam ſui per negligentiam ſignificant.* Perſonarum habitus, ætatem, miniſteria, geſtus Figuræ ubique exprimunt, ac mirifice narrationi congruunt. Enimvero, ut citato loco ſcite Donatus animadvertit:

Per-

Perſonarum leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi, nemo diligentius TERENTIO *cuſtodivit*. Ut ipſarum nota conditio faciliorem totius Comœdiæ intelligentiam pariat, præfiximus operi expoſitionem nominum Interloquutorum: quæ & ipſarum Figuris lucem, & Figuræ ipſæ ſingulis Comœdiis Perſonarum conditioni partibus, & characteri facem præferunt.

VI. Italica Interpretatio vincta numeris oratione eleganter, ac feliciter expreſſa auctorem habet virum clariſſimum Nicolaum Fortiguerram. Is Piſtorii in Etruria nobili, atque illuſtri genere natus, tum rebus Philoſophicis, Theologicis, & Juriſperitia, tum etiam elegantioribus præſtitit literis: excoluitque ingenium Poeſi, qua Latine perinde, atque Italice valuit. Romæ, quo adoleſcens eſt profectus, multoties utriuſque facultatis privatim, ac publice ſpecimen edidit: neque ſemel lectiſſima inſignium virorum ſpectante corona, variæ doctrinæ, ac lectæ eruditionis experimenta præbuit: quibus laudes eximias, & nomen retulit. A Clemente XI. Pontifice Maximo, Literatorum Virorum Patrono beneficentiſſimo, in Pontificiam Familiam cooptatus, primum Vaticanæ Basilicæ Canonicatu auctus, tum in Prælatorum ordinem eſt adſcitus. Multa ſubinde gravia munera geſſit: in quibus prudentiæ, dexteritatis, aliarumque virtutum argumenta edidit. Poſtremo a ſecretis Sacræ Congregationis de Fide propaganda renunciatus, quum in morbum incidiſſet, diuturna, ac permoleſta ægrotatione vexatus, vita deceſſit die decima ſeptima menſis Februarii, anno ab ortu Salvatoris ſeptingenteſimo triceſimo quinto ſupra milleſimum.



PUBLII TERENTII
VITA

PER ÆLIUM DONATUM. *

PUBLIUS TERENTIUS Afer, Carthagine natus, ſervivit Romæ TERENTIO Lucano Senatori: a quo ob ingenium, & formam non inſtitutus modo liberaliter, ſed & mature manumiſſus eſt. Quidam captum eſſe exiſtimant: quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet, cum in fine ſecundi belli Punici, & ante initium tertii natus ſit & mortuus: nec ſi a Numidis, aut Getulis captus ſit, ad ducem Romanum pervenire potuiſſet, nullo commercio inter Italicos, & Afros, niſi poſt deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, ſed maxime cum Scipione Africano, & cum Lælio: quibus etiam corporis gratia conciliatus exiſtimatur: quod & ipſum Feneſtella arguit, contendens utroque majorem natu fuiſſe, quamvis & Cornelius Nepos æquales omneis fuiſſe tradat, & Porcius ſuſpicionem de conſuetudine per hæc faciat:

Dum

Dum laſciviam nobilium, & fucoſas laudes petit:
Dum Africani voci divinæ inhiat avidis auribus:
Dum ad Furium ſe cœnitare, & Lælium pulchrum putat:
Dum ſe amari ab hiſce credit, crebrò in Albanum rapi
Ob florem ætatis ſuæ: ipſus ſublatis rebus, ad ſummam inopiam redactus eſt.
Itaque e conſpectu omnium abiit in Græciam, in terram ultimam.
Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiæ oppido. Nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet, quo referret obitum domini ſervulus.

Scripſit Comœdias ſex: ex quibus primam Andriam cum Ædilibus daret, juſſus antè Cæcilio recitare, ad cœnantem cum veniſſet, dictus eſt initium quidem fabulæ, quod erat contemptiore veſtitu, ſubſellio juxta lectulum reſidens legiſſe: poſt paucos vero verſus invitatus ut accumberet, cœnaſſe una: deinde cetera percurriſſe, non ſine magna Cæcilii admiratione. Et hanc autem, & quinque reliquas æqualiter populo probavit. Quamvis Volcatius de enumeratione omnium ita ſcribat.

Sumetur Hecyra ſexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta eſt, meruitque pretium, quantum nulla antea cujuſquam Comœdia, videlicet octo millia nummorum: propterea ſumma quoque titulo aſcribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obſcura fama eſt, adjutum TERENTIUM in ſcriptis a Lælio, & Scipione, quibuſcum familiariter vixit. Eandem ipſe auxit nunquam enim niſi leviter, ſe tutari conatur, ut in prologo Adelphorum.

Nam quod iſti dicunt malevoli, homines nobiles
Hunc adjutare, aſſidueque una ſcribere:
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
Qui vobis univerſis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tempore uſus eſt ſine ſuperbia.

Videtur autem ſe levius defendiſſe, quia ſciebat Lælio, & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionem, quæ tamen magis, & uſque ad poſteriora tempora valuit.

Q. Memmius in oratione pro ſe ait: *P. Africanus, qui a* TERENTIO *perſonam mutuatus, quæ domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit.* Nepos auctore certo comperiſſe ſe ait, C. Lælium quondam in Puteolano Kal. Martiis admonitum ab uxore temperius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea, ne interpellaretur: ſerius tandem ingreſſum triclinium dixiſſe: non ſæpe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum ut ſcripta illa proferret, pronunciaſſe verſus, qui ſunt in Heautontimorumeno:

Satis pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt. Santra TERENTIUM exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione, & Lælio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere, quam Sulpitio Gallo homine docto, & qui Conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum, vel Q. Fabio Labeone, & M. Pompilio, conſulari utroque, ac Poeta. Ideo ipſum non juvenes deſignaſſe, qui ſe adjuviſſe dicerentur, ſed viros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus ſit expertus. Poſt editas Comœdias nondum quintum, atque trigeſimum egreſſus annum, cauſa vitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro ſuis edere, ſeu percipiendi Græcorum inſtituta, moreſque, quod perinde exprimeret in ſcriptis, egreſſus Urbem eſt, neque amplius redit. De morte ejus Volcatius tradit.

Sed ut Afer ſex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Aſiam fecit navem cum ſemel
Conſcendit, viſus nunquam eſt: ſic vita vacat.

Q. Conſentius redeuntem e Græcia periiſſe in mari dicit cum centum & octo fabulis converſis e Menandro. Ceteri mortuum eſſe in Arcadiæ Stymphalo, ſive Leucadiæ tradunt, Cn. Corn. Dolabella, Marco Fulvio Nobiliore COSS. morbo implicitum acri, dolore ac tædio amiſſarum Satyrarum, quas in navi præmiſerat, ac ſimul fabularum, quas novas fecerat. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. Reliquit filiam, quæ equiti Romano nupſit. Item hortulos viginti jugerum, in via Appia, ad Martis villam: quo magis miror Porcium ſcribere:

Nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius
Tres per idem tempus, qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam ·
Saltem ut eſſet, quo referret obitum domini ſervulus,

Hunc Afranius quidem omnibus Comicis præfert, ſcribens in Compitalibus

TERENTIO non ſimilem dices quempiam.

Volcatius autem non ſolum Nævio, & Plauto, & Cæcilio, ſed Licinio quoque poſtponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone TERENTI
Converſum expreſſumque Latina voce Menandrum
In medio populi ſedatis vocibus effere,
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. Cæſar

Tu quoque, tu in ſummis o dimidiate Menander
Poneris, & merito, puri ſermonis amator.
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac deſpectus parte jaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe TERENTI.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos TERENTIOS Poetas fuiſſe ſcribit Mettius: quorum alter Fregellanus fuerit TERENTIUS Libo, alter libertinus TERENTIUS, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidiſſe TERENTIUM Valgius in Actione ait.

Hæ quæ vocantur fabulæ, cujus ſunt?
Non has, qui jura populis recenſens dabat,
Honore ſummo affectus fecit fabulas?

Duæ ab Apollodoro tranſlatæ eſſe dicuntur Comico, Phormio, & Hecyra · quatuor reliquæ a Menandro: ex quibus magno ſucceſſu, & pretio ſtetit Eunuchus fabula. Hecyra ſæpe excluſa, vix acta eſt.

VETERUM SCRIPTORUM

De Terentio Judicia.

ORATORUM.

Cicero lib. 7. Epiſt. 3. ad Atticum.

Secutus ſum non dico Cæcilium (malus enim auctor Latinitatis eſt) ſed Terentium, cujus Fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur a Lælio ſcribi.

Idem in Lælio ex perſona Lælii.

Verum eſt quod in Andria familiaris meus Terentius dixit. Et mox: In obſequio, quoniam Terentiano verbo lubenter utimur, comitas adſit.

Tuſcul. quæſt. lib. 3.

Multa Terentius e Philoſophia ſumpſit.

Lib. 1. de Finibus.

An Synephebos ego potius Cæcilii, aut Andriam Terentii, quam utramque Menandri legam?

Lib. de optimo gen. Oratorum.

In eo quod optimum eſt, quæritur, in homine dicimus, quod eſt. Ita licet dicere, & Ennium ſummum Epicum Poetam, ſi cui ita videtur, & Pacuvium Tragicum, & Cæcilium fortaſſe Comicum, Oratorem genus non divido, perfectum enim quæro. Unum eſt autem genus perfecti, a quo qui abſunt, non genere differunt, ut ab Attio Terentius, ſed in eodem non ſunt pares.

M. Terentius Varro apud Nonium.

In argumentis Cæcilius poſcit palmam, in ethesin Terentius, in ſermonibus Plautus.

Plinius Junior lib. 1. Epiſt. 16.

Legit mihi nuper Pompejus Saturninus Epiſtolas, quas uxoris eſſe dicebat. Plautum, vel Terentium metro ſolutum legi credidi.

Quintilian. lib. 10. Inſtitut. Orat. cap. 1.

In Comœdia (Latini) maxime claudicamus. Licet Varro Muſas, Ælii Stolonis ſententia, Plautino dicat ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent: Licet Cæcilium veteres laudibus ferant, licet Terentii ſcripta ad Scipionem Africanum referantur, quæ tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, & plus adhuc habitura gratiæ, ſi intra verſus trimetros ſtetiſſent.

HISTORICORUM,

ET

GRAMMATICORUM.

T. Livius lib. 30. ab U. C.

Secutus Scipionem triumphantem eſt, pileo capiti impoſito, Q. Terentius Culleo, omnique deinde vita, ut dignum erat, libertatis auctorem coluit.

Velleius Paterc. Hiſtor. lib. 1.

Nam eodem ævo et audiiſſe [illegible] laudanda multa, ut Attici, veteraque cum Rom. [illegible] eſt, dulceſque Latini leporis facetiæ, per Cæcilium, Terentiumque, & Afranium ſub pari ætate nituerunt.

Corn. Nepos apud Donatum.

Æquales Terentio Scipio, & Lælius. Et in Auctore mate comperi, C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martiis, admonitum ab uxore, temperius ut diſcumberet, petiiſſe ab ea, ne interpellaretur, ſerius tandem egreſſum triclinio, dixiſſe, non ſæpe ſe ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum, ut ſcripta illa proferret, pronuntiaſſe verſus qui ſunt in Heautont.

Satis pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt.

Feneſtella ibid.

In fine ſecundi belli Punici, natum Terentium, & ante tertii initium mortuum. Et Donatus: Cum Scipione Africano, & C. Lælio familiariter vixiſſe Terentium negat Feneſtella, contendens utroque majorem natu fuiſſe. Santra quoque Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione, & Lælio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere, quam Sulpitio Gallo, homine docto, & qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum, vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio conſulari utroque, ac Poeta. Ideo ipſum non juvenes deſignaſſe (in Prologo Adelphorum) ſed viros qui ſe adjuviſſe dicerentur, quorum operam, & in bello, & in otio, & negotio, populus ſit expertus.

Euſebius in Chron. interprete D. Hieronymo.

[illegible] eſt Philemonis, æque, deceſſit P. Terentius, quo tempore Ariſtarchus, Homericorum illa verſuum cenſura, floruit.

A. Gell. lib. 7. cap. 14.

Vera, & propria hujuſcemodi formarum exempla, in lingua Latina M. Varro eſſe dicit, ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem lib. 17. cap. 21.

Neque magno intervallo poſtea Ennium, & juxta Cæcilium, & Terentium, ac ſubinde Pacuvium, & Pacuvio jam ſene Attium, clarioremque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilium fuiſſe.

Servius Honoratus in 1 Æneidos.

Sciendum eſt Terentium, propter ſolam proprietatem, omnibus Comicis eſſe præpoſitum, quibus eſt, quantum ad cætera ſpectat, inferior.

POETARUM.

Afranius in Compitalibus.

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Porcius Poeta.

Ipſus ſublatis rebus ad ſummam inopiam redactus eſt.
Itaque e conſpectu omnium abiit in Græciam terram ultimam.
Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiæ oppido, nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem ut eſſet quo referret obitum domini ſervulus.

Cicero in Limone.

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone, Terenti,
Converſum expreſſumque Latina voce Menandrum,
In medio populi ſedatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

C. Cæſar.

Tu quoque, tu in ſummis, o dimidiate Menander
Poneris, & merito, puri ſermonis amator,

Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac despectus parte jaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deesse Terenti.

Ausonius in Protreptico ad Ausonium Nepotem
De studio puerili

Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & astrictis permulces pulpita socco,
Ad nova vix memorem diverbia coge senectam.

Et Epistola ad Ursinum.

Protulit in scenam quot dramata fabellarum,
Arcadiae medio qui jacet in gremio.

Ovidius in Ibin.

Comicus ut periit liquidis dum nabat in undis

Domitius de Terentio accepit, vel Menandro Bapt. Egnatius de Empole, de quo Suidas, & Aristophanes Scholiastes. Turnebus de Menandro in lib. x Adversar. cap. xxi. *Volunt ut, & L. Cosconius apud Donatum redeuntem a Graecia periisse in mari Terentium dicunt, anno* c v i i i. *Fabulas conversas a Menandro.*

Horatius lib. 2. Epist. 1.

Ambigitur quoties uter utro sit prior, aufert
Pacuvius docti famam senis, Accius alti,
Dicitur Afrani toga convenisse Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,
Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte.
Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro
Spectat Roma potens, habet hos numeratque poetas.

Quem locum Acron sic ait

Vincere Caecilius gravitate (*Caecilius libros suos antiquiores, alta verba, & sensu in suo carmine ponere solitus: Terentius arte*) *id est proprietate verborum, & Arte Grammatica. Unde principatum inter omnes Comicos habere dicitur.*

Vulcatius Sedigitus apud Agell. lib. xv. cap. xxiv

Caecilio palmam Statio do Comico,
Plautus secundus facile exsuperat ceteros.
Dein Naevius, qui fervet, pretio in tertio est.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Atilium.
In sexto consequetur hos Terentius.

Ex [illegible] inv. et delin.

[illegible] sc.

Expoſitio Nominum Interloquutorum, & Perſonarum.

PERSONÆ ANDRIÆ.

SIMO. Senex ἀπὸ τοῦ σιμοῦ a naſo ſimo, qui nimirum eſt preſſis naribus, Italice *Schiacciato*.

SOSIA. Libertus ἀπὸ τοῦ σώζεσθαι a conſervatione, & ſalute.

DAVVS. Servus nomen gentile a Δάοις gente ſervili.

MYSIS. Ancilla, etiam gentile.

PAMPHILUS. Adoleſcens ὁ πᾶσι φίλος τις ὤν, ἢ πάντας φιλῶν, ideſt omnibus carus, amabilis, aut omnium amicus, adverſus nemini.

CHARINUS. Adoleſcens, gratioſum nomen ἀπὸ τῆς χάριτος.

BYRRHIA. Servus, ideſt rubeus, ſeu rubicundus πυῤῥὸς mutato π in β.

LESBIA. Obſtetrix gentile.

GLYCERIUM. Chremetis filia ἀπὸ τῆς γλυκέρας ita appellata a dulcedine.

CHREMES. Senex vel a χρεμπτεσθαι, quod eſt enixe exſpuere, vel potius a χρεμετίζω hinnio, quod eſt proprium vocis equorum. Athenienſes enim equis alendis delectabantur.

CRITO. Hoſpes ἀπὸ τοῦ κριτοῦ.

DROMO. Servus ἀπὸ τοῦ δρόμου a curſu.

PERSONÆ EUNUCHI.

PHÆDRIA. Adoleſcens ἀπὸ τοῦ φαιδροῦ ab hilaritate ſic appellatus.

PARMENO. Servus, μένει παρὰ τῷ δεσπότῃ ab aſſiduitate.

THAIS. Meretrix

GNATHO. Paraſitus ἀπὸ τῶν γνάθων a buccis.

CHÆREA. Adoleſcens, quaſi ὁ χαίρει, lætus.

THRASO. Miles ἀπὸ τῆς θρασύτητος ab audacia.

PYTHIAS. Ancilla ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι a ſciſcitando.

CHREMES. Adoleſcens ruſticus.

ANTIPHO. Adoleſcens ἀπὸ τοῦ ἀντί, καὶ φῶς lumen contra afferens.

DORIAS. Ancilla.

DORUS. Eunuchus ἀπὸ τοῦ δώρου a munere, dono.

SANGA. Servus, lixa.

SOPHRONA. Nutrix ἀπὸ τοῦ σώφρονος caſta, & proba

LACHES. Senex ἀπὸ τοῦ λάχεος ab hereditate, lite, patrimonio

PERSONÆ HEAUTONTIM.

CHREMES, Senex. Vide Andriam,

MENEDEMUS ὁ ἐν τῷ δήμῳ μένων, ἢ μένων παρὰ τῷ δήμῳ, vel robur populi, vel apud populum manens.

CLITIPHO Adoleſcens κλυτὸς φῶς clara lux

CLINIA. Adoleſcens παρὰ τὸ κλεινὸς a celebritate.

SYRUS Servus nomen gentile.

DROMO Vide Andriam.

BACCHIS Meretrix ἀπὸ τοῦ βάκχου.

ANTIPHILA. Amaſia, redamans.

SOSTRATA. Matrona τὸν στρατὸν σώζουσα a ſalute copiarum, femininum de maſculino fictum.

NUTRIX.

PHRYGIA. Ancilla, gentile nomen.

PERSONÆ ADELPHORUM.

MITIO Senex ἀπὸ τοῦ μήτιδος a mente, & conſilio, ſive ἀπὸ μιτοῦ, quod in eo omnia ſint mitia, depreſſa, & placida.

SYRUS Servus, gentile nomen.

GETA. Servus, gentile a Getis, qui poſtea Gothi.

DEMEA. Senex ἀπὸ τοῦ δήμου, antiquis moribus homo, & ſtatus popularis amans.

CTESIPHO Adoleſcens τὸ τῆς κτήσεως φῶς patrimonii ſplendor.

HEGIO Senex ἀπὸ τοῦ ἡγεῖσθαι a ductu, ſeu principatu.

SANNIO Leno a Sannis, vel potius ἀπὸ τοῦ σαυνίου ab haſta, qua valere a jocantibus dicebatur.

SOSTRATA Matrona. Vide Heautontim.

DROMO Servus. Vide Andriam.

ÆSCHINUS. Adoleſcens.

CANTHARA. Nutrix, a canthado nomen aptum nutricibus, quæ fere bibulæ ſunt.

PAMPHILA puerpera.

PERSONÆ PHORMIONIS.

PHORMIO. Paraſitus ἀπὸ τῶν φορμῶν a ſparteis fiſcis, & ſtramentis nauticis.

DEMIPHO. Senex δήμου φῶς, populi claritas.

ANTIPHO. Adoleſcens. Vide Eunuchum.

GETA. Servus. Vide Adelph.

DORIO. Leno, gentile.

CHREMES. Senex. Vide Andriam.

PHEDRIA. Adoleſcens.

DAVUS. Servus.

SOPHRONA. Nutrix.

NAUSISTRATA. Matrona, nomen magnificum ductum a copiis navalibus.

HEGIO. Senex, vir gravis. Vide Perſonas in Adelphis.

CRATINUS. a κράτος, quod eſt robur.

CRITO. Hoſpes ſenat. Hic tamen cum Hegione, & Cratino Advocati perſonam ſuſtinet.

PERSONÆ HECYRÆ.

PHILOTIS. Meretrix ἀπὸ τὸ φιλότης, ut ſit in nomine amorum ſignificatio.

PARMENO. Servus. Vide Eunuchum.

PAMPHILUS, Adoleſcens. Vide Andriam.

PHIDIPPUS. Senex a parcimonia equeſtri.

SOSIA. Servus. Vide Andriam.

SYRA. Anus.

LACHES. Senex. Vide Eunuchum.

SOSTRATA. Mulier. Vide Heautontim.

MYRRINA. Mulier, a Myrto arbore, ſacra Veneri, a conviviis, & in nuptiis adhibita.

BACCHIS. Meretrix. Vide Hautontim.

Dan. Marot Sculp.

P. TERENTII

ANDRIA.

INTERLOCUTORES.

PROLOGUS.
SIMO : *Senex.*
PAMPHILUS : *Adoleſcens.*

SOSIA : *Servus.*
DAVUS : *Servus.*
CHREMES : *Senex.*
GLYCERIUM : *Alias Paſibula Chremetis filia.*
CHARINUS : *Adoleſcens.*
BYRRHIA : *Servus.*
CRITO : *Hoſpes.*
DROMO : *Servus.*
MYSIS : *Ancilla.*
LESBIA : *Obſtetrix.*

Perſonæ mutæ.

ARCHILIS : *Ancilla.*
CHRYSIS : *Meretrix.*
NICERATUS : *Adoleſcens.*

ARGUMENTUM.

Sororem falſo creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus;
Gravidaque facta, dat fidem uxorem ſibi
Fore hanc: nam aliam pater ei deſponderat
Gnatam Chremetis: atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens ſuus
Quid haberet animi filius, cognoſcere.
Davi ſuaſu non repugnat Pamphilus.
Sed in Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recuſat nuptias, generum abdicat:
Mox filiam Glycerium inſperato agnitam
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino Conjugem.

P. TERENZIO.

L'ANDRIA.

INTERLOCUTORI.

PROLOGO.
SIMONE : Padre di Panfilo.
PANFILO : Figlio di Simone, e Amante di Glicerio.
SOSIA : Liberto di Simone.
DAVO : Servitore di Panfilo.
CREMETE : Padre di Glicerio, e di Filumena.
GLICERIO : Figlia di Cremete.
CARINO : Amante di Filumena.
BIRRIA : Servitore di Carino.
CRITONE : Dall'Iſola d'Andro.
DROMONE : Servitore di Simone.
MISI : Serva di Glicerio.
LESBIA : Levatrice.

Perſone, che non parlano.

ARCHILLIDE : Cuſtode di Glicerio.
Alcuni ſervi, che accompagnano Simone mentre ritorna dalla Piazza.

La Scena ſi *rappreſenta* in Atene.

ARGOMENTO.

Della Glicerio innamorato Panfilo
Seco impacciosſi, e ne divenne gravida.
Creduta era Sirocchia della Criſide.
La qual Criſide fu di ciaſenevola,
E triſto nome, foreſtiera, e povera,
Ma ſaſimenza, perchè alla ria d'Andro.
Ora fede a lui diè di matrimonio
Panfilo, ancorchè dal paterno imperio
Foſſe coſtretto a un altro ſponſalizio
Della figliuola Cittadina, ad unica
D'un tal Cremete. Ma ſul bel principio
Queſti Sponſali ſtavanſi per aria.
E in tanto il Padre a ſimularli induſſeſi
In quanto volle per tal via comprendere
Qual foſſe il cuore dell'amante Panfilo.
E mercè de' conſigli dal furbiſſimo
Davo, a tai nozze condiſceſe Panfilo.
Ma veduto Cremete, come il Genero
Avuto un figlio avea della Glicerio
Rompe con eſſo lui le ferme, e ſtabili
Nozze; quando ecco d'improvviſo gaudio
Tutti quanti ſi vedono riempiere
Perchè Cremete la figlia Paſibula,
Che preſo avea il nome di Glicerio,
E che già piangeſi morta, al fin riſurgere,
Si vede, e ſeco ſi congiunge Panfilo
Suo fido amante; e con Carino ammogliaſi
La Filumena, Suora di Paſibula.

Ter. Andria. Fig. I



PROLOGUS.



Poeta cum primum animum ad ſcribendum appulit,
id ſibi negotii credidit ſolum dari,
Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.
Verum aliter evenire multo intelligit.
Nam in Prologis ſcribundis operam abutitur,
Non qui argumentum narret, ſed qui malevoli
Veteris Poetæ maledictis reſpondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quæſo animum advortite.
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui utramvis recte norit, ambas noverit.
Non ita ſunt diſſimili argumento, ſed tamen
Diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo.
Quæ convenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe, atque uſum pro ſuis.
Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant:
Qui cum hunc accuſant, Nævium, Plautum, Ennium
Accuſant, quos hic noſter auctores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quam iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc ut quieſcant porro, moneo, & deſinant
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Favete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,
Ut pernoſcatis, ecquid ſpei ſit relliquum

Poſthac

PROLOGO.

Non sì toſto il Poeta ebbe nell'animo
Di far Commedie, che ſe' deſſi a credere,
Che baſtaſſe far sì, ch'elle piaceſſero;
Ma s'avvede or, che di gran lunga ingannoſſi.
Perche avviengli conſumare i Prologhi
Non per dir l'argumento della favola,
Ma ſolo per riſpondere alle ingiurie
D'un antico Poeta, aſpro, e malevolo.
Quindi or vi prego udir quali elle ſieno.
Menandro fe già l'Andria, e la Perintia.
Chi l'una di eſſe potè ben conoſcere,
Le conobbe amendue, che non diſſimile
Han l'argumento, ancorche molto varie
Sieno nelle parole, e ſtil nell'ordine.
Tutto quello, che parve convenevole
Al Poeta di torre alla Perintia,
E inſerirlo nell'Andria, il tolſe, e dicelo,
E volle uſarlo, come coſa propria.
Ora i contrarj ſuoi di ciò lo biaſmano,
E dicono, eſſer coſa affatto illecita
In modo tal contaminar le favole.
Ma nel far i ſaputi non s'avveggono,
Che moſtrano a ciaſcun di nulla intendere:
Poichè con ciò parimente accuſano
E Nevio, e Plauto, ed Ennio, che per regola,
E per ſuoi maeſtri l'Autor propoſeſi,
De quai quale ſi ſia la traſcuraggine,
D'imitare piuttoſto egli deſidera,
Che di coſtor l'oſcura diligenza.
Di poi io gli avvertiſco, che s'acchetino,
E laſcino di dir male, ſe non vogliono,
Che i falli loro ſien moſtrati al pubblico.
Favoritelo voi, e con giuſto animo
Peſata ben la coſa per conoſcere

Da

Poſthac quas faciet de integro comoedias,
Spectandae, an exigendae ſint vobis prius.

Da queſte che ſi poſſa egli promettere
Dell'altre, che di nuovo ei far proponeſſ,
Se la pubblica luce eſſe ſi meritino,
Ovveramente rigettar ſi debbano.

Eq. Petrus Leo Ghezzius Inv. et Del. *Fran. Aquila incid.*

ACTUS PRIMI

SCENA PRIMA.

ATTO PRIMO

SCENA PRIMA.



Simo, Sosia.

Sim. *Vos istaec intro auferte: abite. Sosia,*
Ades dum: paucis te volo. Sos. Dictum puta,
Nempe ut curentur recte haec. Sim. Imo aliud. Sos. Quid est,
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?
Sim. *Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro,*
Sed iis, quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. Sos. Expecto, quid velis.

Sim. *Ego postquam te emi a parvulo, ut semper tibi*
Apud me justa, & clemens fuerit servitus,
Scis. feci e servo ut esses libertus mihi,
Propterea quod serviebas liberaliter.
Quod habui summum pretium, persolvi tibi.
Sos. *In memoria habeo. Sim. Haud muto factum.*
Sos. Gaudeo
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo, &
Id gratum fuisse advorsum te, habeo gratiam.
Sed mi hoc molestum est: nam istaec commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris benefici.
Quin tu uno verbo dic, quid est, quod me velis.

Sim. *Ita faciam: hoc primum in hac re praedico tibi,*
Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae.

Sos. *Cur simulas igitur? Sim. Rem omnem a principio audies,*
Eo pacto, & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,

Liber

Simone Vecchio, e Sosia Liberto.

Sim. Queste cose voi portate dentro:
Indi partite. Tu Sosia, rimani,
Che ti voglio parlare. *Sos.* Io già l'ho inteso,
Cioè, che io vegli bene a queste robe.
Sim. Anzi tutto altro. *Sos.* E che mai far io posso,
De quello in fuora, l'arte mia? *Sim.* Non cerco
Di cotesta arte tue per quel, che io penso,
Ma di quella, che sempre in te conobbi,
Fede, e silenzio. *Sos.* Aspetto ciò che vuoi.
Sim. Dapoichè da fanciullo io ti comprai
Sai pur, se fui padron dolce, e discreto:
Imperocchè di servo, che tu m'eri,
Mercè del buon servir, ti feci libero,
Fevvi, che ogn'altro gran favore eccede.
Sos. Me ne ricordo. *Sim.* Ed io non me ne pento.
Sos. Ed io ne godo; e se quello, che ho fatto,
E fo, Simone, tu il gradisci, rendo
A te grazie di questo, ma ben duolmi,
Che tu me lo ricordi, perchè pare,
Che una tal ricordanza altro non sia,
Che questo dirmi, che un ingrato io sono,
Però di' ciò che vuoi sbrigatamente.
Sim. Così far voglio. Or tu nel primo luogo
Hai da saper, che queste, che tu vere
Esser ti credi, non son nozze vere.
Sos. Ed a qual fine? *Sim.* Il tutto da principio
Io narrerotti, o Sosia, e in questo modo
Saprai la vita del mio figlio, e insieme
L'animo mio, e quel, che far tu dei.
Dunque il mio figlio, dopo ch'egli uscito
Dagli anni fanciulleschi, ebbe a suo

A Modo

Liberius vivendi fuit poteſtas: nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum aetas, metus, magiſter prohibebant?

Soſ. *Ita eſt.*

Sim. *Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,*
Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad Philoſophos,
Horum ille nihil egregie praeter cetera
Studebat, & tamen omnia haec mediocriter.
Gaudebam.

Soſ. *Non injuria: nam id arbitror*
Adprime in vita eſſe utile, ut Ne quid nimis.
Sim. *Sic vita erat: Facile omnes perferre, ac pati:*
Cum quibus erat cumque una, iis ſeſe dedere,
Eorum obſequi ſtudiis, adverſus nemini;
Numquam praeponens ſe illis; ita facillime
Sine invidia laudem invenias, & amicos pares.

Soſ. *Sapienter vitam inſtituit: namque hoc tempore*
Obſequium amicos, veritas odium parit.

Sim. *Interea mulier quaedam abhinc triennium*
Ex Andro commigravit huc viciniae,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque aetate integra.

Soſ. *Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.*
Sim. *Primum haec pudice vitam, parce, ac duriter*
Agebat, lana, ac tela victum quaeritans:
Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens,
Unus, & item alter, ita ut ingenium eſt omnium
Hominum a labore proclive ad lubidinem,
Accepit conditionem, dein quaeſtum occipit.
Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc ſecum, ut una eſſet, meum.
Egomet continuo mecum: certe captus eſt:
Habet. Obſervabam mane illorum ſervulos
Venientes, aut abeuntes: rogitabam, heus puer,
Dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? nam Andriae
Illi id erat nomen.

Soſ. *Teneo.* Sim. *Phaedrum, aut Cliniam*
Dicebant, aut Niceratum (nam hi tres tum ſimul
Amabant.) eho, quid Pamphilus? quid? ſymbolam
Dedit, coenavit. Gaudebam. Item alio die
Quaerebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere. Enim vero ſpectatum ſatis
Putabam, & magnum exemplum continentiae:
Nam qui cum ingeniis conflictatur ejuſmodi,
Neque commovetur animus in ea re, ſcias
Tum jam ipſum habere poſſe ſuae vitae modum.
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
Quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes
Ultro ad me venit, unicam gnatam ſuam

Cum

Modo da viver più liberamente
Onde l'indole ſua mi ſi ſcoperſe,
La qual pria non potevaſi conoſcere,
Che l'età, il timore, ed il maeſtro
Tenevano celata. *Soſ.* Tanto accade.
Sim. Ora ſiccome gli altri giovanetti,
Che danſi a qualche ſtudio, o di Cavalli,
O di Cani da caccia, o pur d'andare
A queſto, o a qual Filoſofo, neſſuna
Egli di queſte coſe egregiamente
Appreſe, ma però di tutte n'era
Mezzanamente iſtrutto, ed io godeane.
Soſ. E con ragion, perchè ſon di parere,
Che utiliſſimo ſia in queſta vita
Il guardarſi dal troppo. *Sim.* Suo coſtume
Quindi era, dolcemente ſopportare
Quelli, a' quali uſava, e a tutti arrenderſi,
Secondare i lor genj, ed a niuno
Darſi, nè ſopraſtare agli altri in modo
Che trovò facilmente
Senza invidia la loda, e amici eguali.
Soſ. Ben fa così vivendo, che oggigiorno
L'oſſequio fa gli amici,
La verità i nemici.
Sim. Or odi: una tal donna in queſto mentre
Tre anni ſono, qua venne da Andro
A povertà coſtretta, e traſcuraggine
De' ſuoi parenti, aſſai bella di volto,
E d'una età, che appunto era ſul fiore.
Soſ. Aimè, che io temo, che coſtei da Andro
Qualche mal nero ci apporta. *Sim.* Sul principio
Menava ella una vita e parca, e dura,
Ma piena d'oneſtà; poichè per vivere
O filava le lana, o pur teſſeva.
Ma poichè or uno, ed ora un altro amante
Le s'appreſſò, e le promiſe argento,
Siccome gli uomini ſogliano tutti
Dalla fatica al dolce del piacere,
Strinſe il partito, e dieſſi a un reo guadagno.
Quindi gli amanti ſuoi, conforme accade,
Vi conducean con loro anco il mio figlio.
Onde io ſempre fra me diceva, ſicuro
N'è divenuto il cattivello amante;
Perlochè mi poneva aſſai per tempo
I Servi ad oſſervare, i quai o tornavano
Da caſa della Donna, o vero uſcivano;
E pregandoli, io diceva, olà fanciullo,
Dimmi, ſe pur t'aggrada, chi fu quegli
Che ieri ſi godeo la bella Criſida?
Che della Donna d'Andro il nome è queſto.
Soſ. Intendo molto bene.
Sim. Ed ei mi riſpondeva, o Fedro, o Clinia,
Ovvero Nicerate,
Che inſieme tutti e tre allor l'amavano.
E Panfilo che fa? che? ripigliavano
Pagato ha la ſua parte della Cena,
Cenato ha co' Compagni; ed io godeane.
E così ricercando gli altri giorni,
Ritrovava, che nulla appartenea
Di queſta donna a Panfilo, e il credea
Un eſempio ben grande, ed ammirando
Di continenza; perciocchè chi tratta
Con gente ſomigliante, e non s'effemina,
Ben ſi può dir, ch'egli è di ſè padrone.
Or queſto a me piaceva, e ancor per queſto
Benedicevami ognuno, e mi chiamava
Beato per avere un tal figliuolo.
Ma che più ragiono io? Da queſta fama
Spinto venne a trovarmi di ſua voglia
Cremete, e s'offerì di dare in moglie
L'unica figlia ſua con ricca dote

A Pan-

Cum dote summa filio uxorem, ut daret
Placuit: despondi: hic nuptiis dictu'st dies.

Sos. *Quid obstat, cur non verae fiant?* Sim. *Audies.*
Fere in diebus paucis, quibus haec acta sunt,
Chrysis vicina haec moritur. Sos. *O factum bene!*
Beasti: metui a Chryside.

Sim. *Ibi tum filius*
Cum illis, qui amabant Chrysidem, una aderat frequens:
Curabat una funus: tristis interim,
Nonnunquam collacrumabat. Placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: hic parvae consuetudinis
Causa mortem hujus tam fert familiariter:
Quid, si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
Haec ego putabam esse omnia humani ingenii
Mansuetique animi officia. Quid multis moror?
Egomet quoque ejus causa in funus prodeo,
Nihil suspicans etiam mali.

Sos. *Hem, quid est?* Sim. *Scies.*
Effertur. Imus. Interea inter mulieres,
Quae ibi aderant, forte unam adspicio adolescentulam,
Forma. Sos. *Bona fortasse.* Sim. *Et vultu, Sosia,*
Adeo modesto, adeo venusto, ut nihil supra.
Quia tum mihi lamentari praeter ceteras
Visa est, & quia erat forma praeter ceteras
Honesta, & liberali: accedo ad pedisequas:
Quae sit, rogo. Sororem esse ajunt Chrysidis.
Percussit illico animum. At at, hoc illud est,
Hinc illae lacrumae, haec illa est misericordia.

Sos. *Quam timeo, quorsum evadas!* Sim. *Funus interim*
Procedit: sequimur: ad sepulcrum venimus:
In ignem imposita est: fletur. Interea haec soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,
Satis cum periclo. Ibi tum exanimatus Pamphilus,
Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat.
Accurrit: mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres,
Rejecit se in eum flens quam familiariter.

Sos. *Quid ais?* Sim. *Redeo inde iratus, atque aegre ferens.*
Nec satis ad objurgandum causae. Diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater?
Quae sese voluit in ignem injicere, prohibui,
Servavi. Honesta oratio est.

Sos. *Recte putas:*
Nam si illum objurges, vitae qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
Sim. *Venit Chremes postridie ad me, clamitans*
Indignum facinus, comperisse Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam. Ego illud sedulo

A Panfilo mio figlio
Mi piacque tale offerta, e l'accettai,
E questo dì fermossi per le nozze.
Sof. Che dunque s'attraversa, onde non faccansi?
Sim. Or l'udirai. Ne' pochi giorni avvenne,
Ne' quali furon fatte queste cose,
Che Criside morìo. Sof. Oh buona cosa,
M'ha colmo di piacer nuova sì grata,
Cotanto temeva io di questa Criside!
Sim. Quivi il mio figlio insieme allor con quelli
Che amavano la Criside ben spesso
Si ritrovava, ed assieme con essi
Al funerale, e mesto alcuna volta
Versava delle lagrime, e quel pianto
Di piacer m'era, e il tra me dicea:
Questi, mercè, che l'ha trattata un poco
Sente sì la sua morte? o che farebbe
S'egli l'avesse amata? e in quali smanie
Ei non darà per me, che son suo Padre?
Così mi credeva io, che queste cose
Fossero segni d'indole amorosa,
E d'animo benigno.
Che più? per sua cagione io stesso venno
Al funeral, nulla pensando a male.
Sof. E che mal ci è? Sim. Ascolta: è condotta
La donna morta, e noi l'accompagnamo.
In questo mentre io veggio tra le donne,
Ch'erano ivi presenti, una donzella
Dalla persona. Sof. Bella forse? Sim. E come!
Anzi, Sosia, d'un volto
Così modesto, e così grazioso,
Che nulla più: onde io, poichè fra l'altre
La vidi più dolersi, e poiche ancora
Via più bella fra l'altre essa appariva,
All'ancelle m'accosto, e lor dimando
Chi sia la giovanetta, e m'è risposto,
Che della morta Criside è sorella.
Tal risposta mi diè subito al cuore,
Ed ah, sì sì, dissi, di quà vien tutto,
Di quà nacquero i pianti, e la pietade
Del mio figliuolo.
Sof. Quanto ho timor dove abbia a riuscire!
Sim. Segue la bara intanto, e noi d'appresso
Le siamo sempre, al sepolcro si giunse;
Indi sul rogo adattasi, e si piange.
La Suora, che t'ho detto, in questo mentre
S'accostò pazzamente a quella fiamma,
E con periglio assai. Panfilo allora
Morto di duol, l'ascoso amor palesa,
E corse a lei, e presela in mezzo,
Disse, o Glicerio mia, che è quel, che fai?
Perchè corri alla morte? Allora quella
Sopra di lui s'abbandonò piangendo
Con tal dimestichezza, che vedeansi
Facilmente le loro antiche fiamme.
Sof. Che è quello, che narri? Sim. Irato io parto,
E ciò mal volentier, benchè io soffrissi,
Pur non stimai d'aver ragion bastante
Da sgridarlo, perchè m'avrebbe detto,
Che male ho fatto, e in che peccai, o Padre,
Se non fu colpa il proibire a quella
Il gettarsi nel fuoco, e ritenerla
In vita. Favellar pien di ragione.
Sof. Giustamente tu pensi, che se gridi
Colui, che diede all'altrui vita aiuto,
Che faria a colui, che danno faccia?
Sim. Il giorno dopo venne a me Cremete
Strepitando, perchè scoperto avea
(Oh fatto pien d'infamia!)
Che donna forestiera avea consorte
Di Panfilo; io negai tosto un tal fatto,

Negare factum. Ille instat factum. Denique
Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam
Neget daturum.
Soſ. *Non tu ibi gnatum?* Sim. *Ne haec quidem*
Satis vehemens cauſa ad objurgandum.
Soſ. *Qui, cedo?*
Sim. *Tute ipſe his rebus finem praeſcripſti, pater:*
Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi:
Sine, nunc meo me vivere interea modo.

Soſ. *Qui igitur relictus eſt objurgandi locus?*
Sim. *Si propter amorem uxorem nolit ducere,*
Ea primum ab illo animadvertenda injuria eſt.
Et nunc id operam do, ut per falſas nuptias
Vera objurgandi cauſa ſit, ſi deneget:
Simul, ſceleratus Davus ſi quid conſilii
Habet, ut conſumat nunc, cum nihil obſint doli.
Quem ego credo manibus, pedibuſque obnixe omnia
Facturum, magis id adeo mihi ut incommodet,
Quam ut obſequatur gnato.

Soſ. *Quapropter?* Sim. *Rogas?*
Mala mens, malus animus. Quem quidem ego ſi ſenſero,
Sed quid opus eſt verbis? ſin eveniat, quod volo,
In Pamphilo ut nil ſit morae, reſtat Chremes;
Qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore.
Nunc tuum eſt officium, has bene ut adſimules nuptias,
Perterrefacias Davum, obſerves filium,
Quid agat, quid cum illo conſilii captet.

Soſ. *Sat eſt:*
Curabo: eamus nunc intro. Sim. *I prae, ſequar.*

Il maggiormente inſtava alla per fine
Io partii, e laſcio lui, che più non vuole
Dare al mio figlio la promeſſa figlia.
Soſ. Nè tu Panfilo allora . . . *Sim.* Nè men queſto
Mi parve da riprenderlo baſtante.
Soſ. E perchè ciò? *Sim.* Perchè m'avrebbe detto,
Tu ſteſſo hai poſto a queſte coſe il fine:
Troppo vicino è il tempo, dentro il quale
Dovrò menar mia vita a voglia altrui,
Laſcia dunque, che or viva a modo mio,
Soſ. Dunque qual via ti ſi apre or per riprenderlo?
Sim. Se non vuol moglie, perchè viva amante
D'altra donna, ſarà queſta la prima
Cagion di gaſtigarlo.
Quind'è, che m'affanno, onde per queſte
Nozze non vere io abbia vera cauſa
Di gridar ſeco, quando le ricuſi,
E il faccio ancor, perchè lo ſdegno Davo
Or che gl'inganni ſuoi mai non pon fare
Gli metta tutti fuora, e gli conſumi,
Il quale, io penſo, che con mani, e piedi
Si sforzerà di far quanto egli puote
Più per me danneggiare, e darmi incomodo,
Che per deſio da compiacere al giovane.
Soſ. E perchè queſto? *Sim.* E tu me lo domandi?
Ha l'animo cattivo, e rea la mente
Ma ſe nulla io ne ſcopro . . . baſta, baſta,
Si laſciano i diſcorſi, e voglia il Cielo,
Che mi riesca quel, che io più deſidero,
Che in Panfilo non trovi indugio alcuno
Reſta, che io preghi ancora
Cremete, e ſpero, che ſarammi facile,
Tu poi, per ben compire al tuo dovere,
Fingi ben queſte nozze, ed atterriſci
Davo, ed oſſerva ciò, che faccia il figlio,
E come inſieme ſeco ſi conſigli.
Soſ. T'ho inteſo; farò tutto, andiamo or dentro.
Sim. Tu vanne avanti, io ſeguiroti appreſſo.

ACTUS ATTO

ACTUS PRIMI

SCENA SECUNDA.

ATTO PRIMO

SCENA SECONDA.

Ter. Lian. Fig. IV



Actus I. Scena II

Simo, Davus.

Sim. *Non dubium est, quin uxorem nolit filius:*
ita Davum modo timere sensi, ubi nuptias
Futuras esse audivit. Sed ipse exit foras.
Dav. *Mirabar, hoc si sic abiret: & heri semper lenitas*
Verebar, quorsum evaderet.
Qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id aegre tulit.

Sim. *At nunc faciet, neque, ut opinor, sine tuo magno malo.*
Dav. *Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio,*
Sperantes jam amoto metu, interea oscitantes opprimi,
Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias.
Astute.

Sim. *Carnufex quae loquitur?* Dav. *Herus est,*
neque provideram.
Sim. *Dave.* Dav. *Hem, quid est?* Sim. *Ehodum, ad me.*
Dav. *Quid hic volt?* Sim. *Quid ais?* Dav. *Qua de re?*
Sim. *Rogas?*
Meum gnatum rumor est amare. Dav. *Id populus curat scilicet.*
Sim. *Hoccine agis, an non?* Dav. *Ego vero istuc.* Sim. *Sed,*
nunc ea me exquirere,
Iniqui patris est: nam quod antehac fecit, nihil ad me
attinet.
Dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum.
Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.
Dehinc postulo, sive aequum est, te oro Dave, ut redeat
jam in viam.

Dav.

Simone Vecchio, e Davo Servo.

Sim. Non è dubbio, che il figlio non vuol moglie
Pel timore, che in Davo or vidi nascere,
Quando udì queste future nozze
Ma eccolo, che viene. *Dav.* Io mi stupiva,
Che un tale affar sì dolce si passasse,
E del padron la gran piacevolezza,
Ove piegarsi, a i usar volesse!
Poichè, quando egli udì, che più non davasi
Moglie al suo figlio, a lo si prese pena,
Ed a niun di noi ne fe parola.
Sim. Ma farollo ora, e ciò con tuo gran danno.
Dav. Egli ha voluto d'allegrezza falsa
Lasciarci ubbriacare, e in questa guisa,
Mentre più non si tema, all'improvviso
Venirci addosso, e spensierati opprimerci,
E toglierci così qualunque tempo
Da sconcertar le nozze! o vecchio scaltro!
Sim. Manigoldo, e che dice? *Dav.* O egli è il padrone,
Nè veduto l'avea.
Sim. Davo? *Dav.* Chi vuolmi? *Sim.* Olà, volgiti a me.
Dav. Che vuoi? *Sim.* Che di'? *Dav.* Perchè? *Sim.* Me
ne domandi?
Si dice, che il mio figlio è innamorato.
Dav. Il volgo bada sola a queste cose.
Uxorem demus. ſpero conſuetudine, &
Conjugio liberali devinctum, Chreme,
Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis.

Chr. *Tibi ita hoc videtur, at ego non poſſe arbitror*
Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.

Sim. *Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periclum feceris?*
Chr. *At iſtuc periclum in filia fieri, grave eſt.*
Sim. *Nempe incommoditas denique huc omnis redit:*
Si eveniat, quod di prohibeant, diſceſſio.
At ſi corrigitur, quot commoditates, vide:
Principio amico filium reſtitueris,
Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum.

Chr. *Quid iſtic? ſi ita iſtuc animum induxti eſſe utile,*
Nolo tibi ullum commodum in me claudier.
Sim. *Merito te ſemper maxumi feci Chreme.*

Chr. *Sed quid ais?* Sim. *Quid?* Chr. *Qui ſcis eos nunc diſcordare inter ſe?*
Sim. *Ipſus mihi Davus, qui intimus eſt eorum conſiliis,*
dixit:
Et is mihi ſuadet, nuptias, quantum queam, ut maturem.
Num cenſes faceret, filium niſi ſciret eadem hæc velle?
Tute adeo jam ejus audies verba. Heus, evocate huc
Davum.
Sed eccum, video ipſum foras exire.

Di chiederti ſol quello, che richiede
La coſa ſteſſa. Crem. E che c'è egli? Sim. Aſcolta:
Ci ſono ſdegni tra Glicerio, e Panfilo.
Crem. Intendo. Sim. E così grandi, che ho ſperanza
Di poterlo ſtaccar dall'amor ſuo.
Crem. Favole. Sim. Egli è per certo quel, ch'io dico.
Crem. Certo? t'inganni. Non ſai tu, che ſono
L'ire, che naſcon fra gl'innamorati
Il rinforzo d'amore?
Sim. Perciò ti prego, che noi andiamo avanti,
Mentre c'è tempo, e che il ſuo cieco amore
Vien raffreddato dall'avute ingiurie;
E prima, che le ſcellerate donne,
E le lagrime finte, ed ingannevoli
Richiamino a pietà ſua mente inferma,
Diamogli moglie. In queſto modo io ſpero,
Che tra il convivér ſeco, il ſanto nodo
Del matrimonio uſcirà fuor d'intrigo.
Crem. A te ſembra così; ma io già non credo,
Che egli ſeco ſtarà lunga ſtagione,
Nè io ſopporterollo.
Sim. Ma come lo ſai tu? Se non ſi prova.
Crem. Ma grave una tal prova è nella figlia.
Sim. Talchè tutto l'incomodo riduceſi,
Che naſca fra di lor qualche ſciſſure,
Che nol vogliano i Dei. ma, ſe per ſorte
Ciò non avviene, oh quanti beni, oh quanti
Comodi, oſſerva, che verranno a noi!
Prima a un amico renderai un figlio,
E per te troverai un fermo genero,
Ed alla figlia tua un buon marito.
Crem. Che più parole? Se tu credi certo,
Che queſto util ti ſia, chiuder non voglio
La porta a tuoi vantaggi. Sim. Con ragione
Cremete ebbi di te ſempre gran ſtima.
Crem. Ma che di tu? Sim. Che coſa? Crem. E qual certezza
Hai tu dell'ire, che ora ſon fra loro?
Sim. Lo ſteſſo Davo a me l'ha detto, Davo,
Ch'è de' ſegreti lor conſigli a parte
Ed egli è quei, che m'anima, e mi ſprona
Ad affrettar, quanto ſi può, le nozze
Il che non farebbe egli in modo alcuno,
Se non ſapeſſe il genio di mio figlio.
Ma meglio è, che tu l'oda da se ſteſſo.
Olà, ſi chiami Davo, ed ecco appunto,
Ch'io lo veggo uſcir fuora.

ACTUS TERTII

SCENA QUARTA.

ATTO TERZO

SCENA QUARTA.

Ter. Andr. Fig. XVII



Davus, Simo, Chremes.

Dav. Ad te ibam. Sim. Quid nunc est?
Dav. Cur non accersitur? jam advesperascit.
Sim. Audin' tu illum?
Ego dudum non nil veritus sum Dave abs te, ne faceres idem,
Quod vulgus servorum solet, dolis ut me deluderes,
Propterea quod amat filius.
Dav. Egon' istuc facerem? Sim. Credidi:
Idque adeo metuens vos celavi, quod nunc dicam.
Dav. Quid? Sim. Scies:
Nam propemodum habeo tibi jam fidem.
Dav. Tandem agnosti, qui siem.
Sim. Non fuerant nuptiae futurae.
Dav. Quid? non? Sim. Sed ea gratia
Simulavi, vos ut pertentarem. Dav. Quid ais? Sim. Sic res est. Dav. Vide:
Nunquam quivi ego istuc intelligere. Vah consilium callidum!
Sim. Hoc audi, ut hinc te jussi introire, opportune hic fit mihi obviam.
Dav. Hem, numnam periimus? Sim. Narro huic, quae tu dudum narrasti mihi.
Dav. Quidnam audio? Sim. Gnatam ut det oro, vixque id exoro.
Dav. Occidi.
Sim. Hem, quid dixti? Dav. Optume inquam factum.
Sim. Nunc per hunc nulla est mora.
Dav. Domum modo ibo, ut apparentur, dicam, atque huc renuncio.
Sim. Nunc te oro Dave, quoniam solus mihi effecisti has nuptias,
Dav. Ego vero solus. Sim. Corrigere mihi gnatum porro enitere.

Dav.

Davo, Simone, e Cremete.

Dav. Appunto io el cercava. Sim. E a qual cagione?
Dav. Dove è la Sposa? non si chiama ancora?
E già ne vien le notte.
Sim. Odi tu quel, che dice? Fino ad ora
Ebbi, Davo, di te timor non poco,
Che non facessi il solito de' servi,
Cioè, che m'aggirassi con inganni,
Per favorir l'innamorato figlio.
Dav. Che io potessi ciò fare! Sim. Io lo credea,
E perciò quello, che in dubbio ad esso
Temendone, a ciascun fin or celai.
Dav. Che cosa? Sim. La saprai,
Perchè quasi ne comincio a darti fede.
Dav. Poi conoscesti al fin qual io mi sia.
Sim. Ma non dovean succeder queste nozze.
Dav. Come? no? Sim. Ma ciò finsi a sol riguardo
Di tentar tutti voi. Dav. Che è quel, che dici?
Sim. Così per certo. Dav. Oh io per modo alcuno
Non me n'accorsi. Oh che consiglio astuto!
Sim. Or odi, Davo, come andò la cosa.
Quando io ti comandai, che tu qua dentro
Entrassi, mi si fe questo all'incontro
Molto opportunamente. Dav. Oimè siam morti!
Sim. E ciò, che a me narrasti, a lui racconto.
Dav. Oh Ciel che ascolto! Sim. Quanto so, lo prego
Di dare al figlio mio la figlia sua,
E con stento l'impetro. Dav. Eccomi morto!
Sim. Che hai detto? Dav. Che fatto hai bene benissimo.
Sim. Or per lui non si manca. Dav. Anderò dunque
Speditamente a casa a dir, che all'ordine
Tutto si ponga, e quindi a te ritorno.
Sim. Ora, Davo, ti prego, poichè solo
M'hai tu condotte queste nozze a fine.
Dav. Certamente son io. Sim. Che tu ti sforzi
Di correggermi il figlio. Dav. Il farò certo.

Fio

Dav. *Faciam hercle ſedulo.* Sim. *Potes nunc, dum animus irritatus eſt.*

Dav. *Quieſce.* Sim. *Age igitur: ubi nunc eſt ipſus?* Dav. *Mirum, ni domi eſt.*

Sim. *Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi.* Dav. *Nullus ſum.*
Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via?
Nihil eſt preci loci relictum: jam perturbavi omnia:
Herum feſelli: in nuptias conjeci herilem filium:
Feci hodie, ut fierent, inſperante hoc, atque invito Pamphilo.
Hem aſtutias! quod ſi quieſſem, nihil eveniſſet mali.
Sed eccum ipſum video: occidi.
Utinam mihi eſſet aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.

E lo farò con ſtudio. *Sim.* E con profitto
Or che dall'ira è tocco. *Dav.* Stà pur queto.
Sim. T'accingi dunque all'opra: ed egli intanto
Ove ſi trova? *Dav.* Certamente in caſa.
Che miracol ſaria, ſe foſſe altrove.
Sim. Andrò dunque a trovarlo, e queſte coſe
A lui dirò, le quai da me hai ſentite.
Dav. Sono ridotto a nulla.
E perchè da me ſteſſo a dirittura
Non vado nel mulino a volger macine?
Non c'è luogo a preghiera: il tutto ho guaſto:
Ho ingannato il Padrone, e ho dato moglie,
Non volendo, al ſuo figlio, e non credendolo.
Ecco il bel frutto delle mie aſtuzie!
Quanto era meglio, che taciuto aveſſi!
Ma eccolo, che viene: ahimè ſon morto!
Voleſſe il Ciel, che io mi trovaſſi in luogo
Alto, e profondo, da gettarmi a baſſo.

ACTUS TERTII

SCENA QUINTA.

ATTO TERZO

SCENA QUINTA.



Pamphilus, Davus.

Pam. *UBi illic ſcelus eſt, qui me perdidit?* Dav. *Perii.*
Pam. *Atque hoc confiteor*
Jure obtigiſſe, quandoquidem tam iners, tam nulli conſili
Sum. Servon' fortunas meas me commiſiſſe futili?
Ergo pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum id numquam a me auferet.
Dav. *Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi devito hoc malum.*
Pam. *Nam quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modo*
Qui ſum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?
Nec, quid me nunc faciam, ſcio.
Dav. *Nec de me equidem, atque id ago ſedulo.*
Dicam aliquid jam inventurum, ut huic malo aliquam producam moram. Pam. *Oh.*
Dav. *Viſus ſum.* Pam. *Ehodum bone vir, quid ais? viden' me conſiliis tuis*
Miſerum impeditum eſſe?
Dav. *At jam expediam.* Pam. *Expedies?*
Dav. *Certe Pamphile.*
Pam. *Nempe ut modo.* Dav. *Imo melius ſpero.* Pam. *Oh, tibi ego ut credam furcifer?*
Tu rem impeditam, & perditam reſtituas? hem, quo fretus ſiem,
Qui me hodie ex tranquilliſſima re conjeciſti in nuptias.
An non dixi hoc eſſe futurum?
Dav. *Dixti.* Pam. *Quid meritus?* Dav. *crucem.*

Panfilo, e Davo.

Panf. DOve è lo ſcellerato, che m'ha poſto
Nell'ultima rovina? *Dav.* Io ſon perduto!
Panf. Ma molto ben ciò ſtammi: ogni qual volta
Io fui sì ſciocco, e di non conſiglio,
Che le fortune mie riposi in mano
D'un ſervo sì leggiero: e queſto è il prezzo,
Che ora ritraggo dalla mia ſoltezza.
Ma non anderone invendicato al certo.
Dav. Se eſco io da queſto mal felicemente,
Non temo in avvenire
Panf. E che ſarò per dire adeſſo al Padre?
Gli dirò non volerla? io che pur ora
Gli ho detto di volerla?
Con qual franchezza ardirò mai far queſto?
Non ſo quel, che io far deggia
Dav. Non lo ſo nè pur io, e a queſto penſo.
Prometterò di ritrovar tal coſa
Da trattener la mia ſventura alquanto.
Panf. Chi *Dav.* Già m'ha viſto. *Panf.* Oh uomo tutto da bene,
Che ne di? vedi un pò quanto intrigato
Sono, miſero me, pe' tuoi conſigli?
Dav. *Ma io te ne ſcioirò.* *Panf.* *Me ne ſcioerai?*
Dav. Non dubitarne Panfilo.
Panf. Siccome ora faceſti! *Dav.* Anzi vie meglio.
Panf. Oh, che mai più ti creda, uomo da forca!
Che una coſa imbrogliata, e rovinata
Tu raſſetti, e torni all'eſſer primo!
Quando, miſero me, dal più ſereno
Stato m'hai tratto nell'acerbo, e nero
Di queſte nozze. E pur tel diſſi avanti
Dav. Il diceſti. *Panf.* Or, che meriti per queſto?
Dav. La forca, ma permettemi, che alquanto

Sed paululum ſine ad me ut redeam: jam aliquid diſpiciam. Pam. Hem, nunc,
Cum non habeo ſpatium, ut de te ſumam ſupplicium, uti volo.
Namque hoc tempus, praecavere mihi me, haud te ulciſci, ſinit.

In me ritorni, e ſarà ben mia cura
Di trovar qualche coſa a tuo vantaggio.
Panf. Miſero me, a cui ſì breve ſpazio
Dona il tempo di sè, che il modo toglierai
Di darti quella pena, che io vorrei!
Che quel tempo, che io ho, cotanto è ſcarſo
Che a penſare a' miei guai mi baſta appena,
Non che a prender di te giuſta vendetta.

ACTUS QUARTI SCENA PRIMA. | ATTO QUARTO SCENA PRIMA.



Charinus, Pamphilus, Davus.

Char. Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam ut siet,
Ut malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua ut comparent commoda? ah,
Idne est verum? imo id genus est hominum pessumum,
In denegando modo queis pudor est paululum.
Post, ubi jam tempus est promissa perfici,
Tum coacti necessario se aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit eos denegare. Ibi
Tum impudentissima eorum oratio est:
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus
Proximus sum egomet mihi. Attamen ubi fides?
Si roges, nihil pudet. Hic, ubi opus est,
Non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur.
Sed quid agam? adeamne ad eum, & cum eo injuriam hanc expostulem?
Mala ingeram multa? Atque aliquis dicat, nihil promoveris.
Multum: Molestus certe ei fuero, atque animo morem gessero.

Pam. Charine, & me, & te imprudens, nisi quid di respiciunt, perdidi.
Char. Ita ne imprudens? tandem inventa est causa: solvisti fidem.
Pam. Quid tandem?

Carino, Panfilo, e Davo.

Car. E' Mai credibil questo? Udissi ancora,
Che alcun si trovi di sì rea natura,
E pazza insieme, che nel mal s'allegri,
E a sè faccia parer col danno altrui?
Or dunque egli è ciò vero, anzi tal sorta
D'uomini è la peggior, che dar si possa.
Negar questi non sanno, e per rispetto
Prometton tutto; quando poscia viene
Il tempo d'eseguir quanto promisero,
Forzati allora il finger più tralasciano,
Ed han timor della passata frode;
Ma negan nondimeno a ciò costretti:
E quindi il volto lor diventa un altro,
Un'altra la lor lingua, e di modesti
Fansi sfacciati, e di umili arroganti:
E dicon: chi sei tu? che m'appartieni,
Perchè a te quel, che è mio? non evvi alcuno
A me di me più prossimo, ed amico.
E se tu lor rinfacci, e lor dimandi,
Dove è la data fede, se la ridono.
Gente timida, dove non bisogna,
E laddove bisogna ardita, e franca.
Ma che farò? andrò forsi a trovarlo?
E seco mi dorrò di tanto affronto?
Gli farò molte ingiurie, e se taluno
Dirammi, che il far ciò, nulla mi giova;
Molto gli dirò io, che se non altro
Darogli affanno, e seguirò mia voglia.
Panf. Carino, se gli Iddii non ce han pietade,
E te, e me perduto ho scioccamente.
Car. Sì, sciocramente eh? pure una volta
La causa trovata hai
Da mancarmi di fe. Panf. Che finalmente?

Char. *Etiam nunc me ducere istam postulas?*
Pam. *Quid istuc est?* Char. *Postquam me amare dixi, complacita est tibi.*
Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectavi meo.
Pam. *Falsus es.* Char. *Non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,*
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres?
Habeas.

Pam. *Habeam? ah nescis quantis in malis verser miser,*
Quantasque hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines
Meus carnifex.

Char. *Quid istuc tam mirum, si de te exemplum capit.*
Pam. *Haud istuc dicas, si cognoris vel me, vel amorem meum.*
Char. *Scio, cum patre altercasti dudum, & is nunc propterea tibi*
Succenset, nec te quivit hodie cogere, illam ut duceres.

Pam. *Imo etiam, quo tu minus scis aerumnas meas,*
Hae nuptiae non apparabantur mihi,
Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.

Char. *Scio, tu coactus tua voluntate es.* Pam. *Mane,*
Nondum etiam scis. Char. *Scio equidem illam ducturum esse te.*
Pam. *Cur me enicas? hoc audi. Nunquam destitit*
Instare, ut dicerem esse ducturum patri;
Suadere, orare, usque adeo donec perpulit.

Char. *Quis homo istuc?* Pam. *Davus.* Char. *Davus?*
Pam. *Davus* [illegible]
Char. *Quamobrem?* Pam. *Nescio. Nisi mihi deos satis*
Scio fuisse iratos, qui auscultaverim.

Char. *Factum hoc est Dave?* Dav. *Factum est.* Char. *Hem quid ais scelus?*
At tibi dii dignum factis exitium duint.
Eho, dic mihi, si omnes hunc conjectum in nuptias
Inimici vellent, quod, ni hoc, consilium darent?

Dav. *Deceptus sum, at non defetigatus.* Char. *Scio.*
Dav. *Hac non successit, alia aggrediemur via;*
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse jam ad salutem converti hoc malum.

Pam. *Imo etiam: nam satis credo, si advigilaveris,*
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.
Dav. *Ego Pamphile hoc tibi pro servitio debeo,*
Conari manibus, pedibus, noctesque, & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi;
Tuum est, si quid praeter spem evenit, mi ignoscere.
Parum succedit quod ago, at facio sedulo.
Vel melius tu aliud reperi, me missum face.

Pam. *Cupio. Restitue in quem me accepisti locum.*
Dav. *Faciam.* Pam. *At jam hoc opus est.* Dav. *Hem, st,*
mane: crepuit a Glycerio ostium.

Pam. *Nihil ad te.* Dav. *Quaero.* Pam. *Hem nuncine demum?* Dav. *At jam hoc tibi inventum dabo.*

Car. Ancor mi vuoi ingannar con tali detti?
Pamf. Che cosa è questa mai? *Car.* Udiste appena,
Ch'io m'era a amor, che subito ti piacque.
Misero me, che dal candor del mio
Animo volli argumentare il tuo!
Pamf. T'inganni. *Car.* E questo non ti parve tanto
Piacer sincero, stabile, e perfetto,
Se l'amante mio amor non lusingavi,
Ed ingannavi con speranze false.
Or dunque te la prendi, e sia pur tua.
Pamf. Che io la prenda! ah non sai tu in quanti mali
Misero io mi avvolga, e in quanti affanni
M'abbia co' suoi consigli
Gettato questo mio crudel Carnefice!
Car. Che miracol è? qual volta è tuo scolare!
Pamf. Questo tu non diresti in modo alcuno,
Se me, se l'amor mio tu conoscessi.
Car. Lo so. Col Padre tuo finora in lite
Tu fosti, ed ei però sdegnossi teco,
Nè ti potè forzar, che oggi colei
Tu ti prendessi in moglie.
Pamf. Anzi vo' dir di più. Giacchè non sai
Tutte le mie sfortune, queste nozze
Non eran per me, nè v'era alcuno,
Che mi accasasse moglie.
Car. Il sò: dal tuo voler fosti costretto.
Pamf. Taci, ancor non sai tutto. *Car.* Ah so pur troppo,
Che tu sei la prenderai.
Pamf. Perchè m'uccidi? ascolta. Un sol momento
Non mi lasciò, pregandomi, esortandomi,
Che al Padre mio dicessi di pigliarla
Finchè ei non vi fu, ed io feci sua voglia.
Car. E chi mai fu costui? *Pamf.* Fu Davo. *Car.* Davo!
Pamf. Questi in amaro il nostro dolce ha volto.
Car. E per qual cagion mai? *Pamf.* Non sollo al certo
Se non ch'in ira ai Dei, che l'ascoltai,
Io sia a tutti i Numi.
Car. Davo, hai tu fatto questo?
Dav. L'ho fatto. *Car.* L'hai tu fatto, scellerato?
Morte eguale a tal fatto il Ciel ti dia.
Mi vien qua: dimmi un poco: un tuo nemico
Di Panfilo, e che fosse per suo danno
Di tai nozze bramoso, avria potuto
Trovar di questo tuo miglior consiglio?
Dav. Presi sbaglio, ma sono ancora in forza.
Car. Lo so. *Dav.* Per questa via non m'andò bene,
Ne tenteremo un'altra, nè ti credere,
Che una impresa, che mal vada a principio
Corregger non si possa, e che sovente
Il fatto mala non ritorni in bene.
Pamf. Anzi penso di più, che se ti studi
Di scempie mi farai doppie le nozze.
Dav. Panfilo, egli è dover, che io per te faccia
Colle mani, e co' piedi, a notte, a giorno
Senza risparmio della vita ancora
Tutto quel, che ti puote esser giovevole:
Se poi ne accaderà forse del male
Inaspettato, e nuovo,
Sarà tua cortesia, se mal perdoni
E non pensar, perchè vada a traverso
Qual, che io fo, che io nol faccia attentamente:
Sebben, giacchè ho contraria la fortuna,
Valti d'un altro, e me da te discaccia.
Pamf. Ritornami al posto al primo stato,
Donde mi hai mosso. *Dav.* Io lo farò. *Pamf.* Di questo
Abbiamo noi bisogno. *Dav.* Ma sta, sta,
Sento stridar la porta di Glicerio.
Pamf. Ma questo che t'importa? *Dav.* Io penso, e cerco.
Pamf. Qual cosa finalmente?
Dav. Tu lo saprai tra poco.

ACTUS QUARTI
SCENA SECUNDA.

ATTO QUARTO
SCENA SECONDA.



Act. IV Scena II

Myſis, Pamphilus, Charinus, Davus,

Myſ. JAm, ubi ubi erit, inventum tibi curabo, & mecum adductum
Tuum Pamphilum: tu modo anime mi noli te macerare.
Pam Myſis Myſ. Quid eſt? hem Pamphile, optume mi te offers. Pam Quid id eſt?
Myſ. Orare juſſit, ſi ſe ames, hera, jam ut ad ſeſe venias:
Videre ait te cupere.
Pam Vah, perii: hoc malum integraſcit,
Siccine me, atque illam opera tua nunc miſeros ſollicitarier?
Nam idcirco arceſſor, nuptias quod mi apparari ſenſit.
Char Quibus quidem quam facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet.
Dav Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga.
Myſ. Atque edepol,
Ea res eſt, proptereaque nunc miſera in mœrore eſt.
Pam Myſis,
Per omnes tibi adjuro deos nunquam eam me deſerturum,
Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines.
Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt mores: valeant,
Qui inter nos diſſidium volunt: hanc, niſi mors mi adimet nemo.
Myſ. Reſipiſco. Pam. Non Apollinis magis verum, atque hoc, reſponſum eſt.

Miſ, Panfilo, Carino, e Davo.

Miſ. NOn dubitar, Io cercherò per tutto,
E lo ti condurrò, ſoſſo, ahi il trovi,
E tu frattanto, dolce anima mia
Non volerti affannar. Panf Miſi. Miſ. Chi vuol mi?
Oh, tu Panfilo ſei, oh a tempo
A me tu vieni avanti! Panf Che vuo' tu?
Miſ Mi commandò Glicerio, che a ſuo nome
Io ti pregaſſi, ſe di cuore tu l'ami
Che tu ſe vada a lei, che vuol vederti.
Panf. Ah, che io ſon morto, ai mancava queſto
Per compir ec i miei mali! Così dunque
Tua mercede, or tanto ne, quanto colei
Siamo in affanni, che la ſventurata
Non per altro mi vuol, ſe non per queſte
Nozze, alle quali ſa, che io non diſſento.
Car. In quanta pace noi ſaremmo tutti,
Se taceva coſtui!
Dav. Orsù, quaſi abbaſtanza ai non ſmaniaſſi
Da per sè ſteſſo, tu l'accendi, e ſtimoli!
Miſ Queſto è, che tanto l'infelice accuora.
Panf Miſi, per tutti quanti i ſommi Dei
Ti giuro che non mai laſcerolla ancora
Che per lei tutti doveſſi far nemico
L'univerſo mondo. Io la bramai, l'ottenni
Mi ſon grati i ſuoi modi, i ſuoi coſtumi
Pera chi vuol tra noi ſpargere diſcordie,
Che queſta non torrammi altri, che morte.
Car. Io torno in vita. Panf Delle ſue cortine
Non die di queſta mia Appollo unquanco
Riſpoſta più verace

Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hae fierent nuptiae, volo. Sed si id non poterit,
Id faciam, in proclivi quod est, per me stetisse ut credas.
Quis videor?
Cha. *Miser aeque atque ego.* Dav. *Consilium quaero.*
Cha. *Fortis es.*
Scio, quid conere. Dav. *Hoc ego tibi profecto effectum reddam.*
Pam. *Jam hoc opus est.* Dav. *Quin jam habeo.* Cha. *Quid est?* Dav. *Huic, non tibi habeo, ne erres.*
Cha. *Sat habeo.* Pam. *Quid facies? cedo.* Dav. *Dies hic mi ut sit satis, vereor,*
Ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc vos amolimini: nam mi impedimento estis.
Pam. *Ego hanc visam.* Dav. *Quid tu? quo hinc te agis?*
Cha. *Verum vis dicam?* Dav. *Immo etiam.*
Narrationis incipit mihi initium. Cha. *Quid me fiet?*
Dav. *Eho tu impudens, non satis habes, quod tibi dieculam addo,*
Quantum huic promoveo nuptias? Cha. *Dave attamen.* Dav. *Quid ergo?*
Cha. *Ut ducam.* Dav. *Ridiculum.* Cha. *Huc face ad me venias, si quid poteris.*
Dav. *Quid veniam? nihil habeo.* Cha. *Attamen si quid.* Dav. *Age, veniam.* Cha. *Si quid,*
Domi ero. Dav. *Tu Mysis, dum exeo, parumper opperere hic.*
Mys. *Quapropter?* Dav. *Ita facto est opus.* Mys. *Matura.*
Dav. *Jam inquam hic adero.*

Se potrassi ottener, che il *Padre* mio
Non creda, che per me sien ite male
Le già proposte nozze, l'avrò caro;
Quando che nol possa, e che e' sappia,
Che io son quel, che non volli, e che stattenni
Il corso al buon successo delle nozze
Carino, e che ti sembro? *Car.* Uno infelice
Appunto, qual son io. *Dav.* Cerco consiglio.
Car. Ci vorebbe un cuor forte, ed io m'immagino
Quello, che tu tenti. *Dav.* Io spero in breve
Di condur questa cosa a lieto fine.
Panf. Questo tosto bisogna. *Dav.* Ho già trovato
La via di contentarti. *Car.* E quale è mai?
Dav. Non per te, ma per lui l'ho ritrovata.
Car. Questo mi basterebbe. *Panf.* E che far vuoi?
Dav. Se questo giorno appena
Temo, che all'opra basterammi, or vedi,
Se ci è tempo da perdere in parole!
Però quinci partitevi amendue,
Che mi siete d'impaccio.
Panf. Io me n'andrò da questa. *Dav.* E tu in qual parte
Andrai, ed a qual fin stai qui d'intorno?
Car. Vuoi, che ti narri il vero? *Dav.* Il voglio al certo,
Ecco l'esordio al suo discorso: udiamo.
Car. E che sarà di me? *Dav.* Oh svergognato!
Non ti basta, ch'io tante ore di vita
T'aggiunga, quante in là spingo le nozze
Di questo? *Car.* Ma però Davo? *Dav.* Che dunque?
Car. Ch'ella sia mia. *Dav.* Bel colpo. *Car.* E se nulla
Farai per me, deh tu a me ne vola.
Dav. Non verrò: che io per te non faccio nulla.
Car. Ma pur se qualche cosa?
Dav. Verrò sì via. *Car.* Aspetterotti in casa.
Dav. Misi, mentre, che io di qui mi parto,
Non ti muover di qui. *Mis.* Per qual cagione?
Dav. Così bisogna far. *Mis.* Sbrigati dunque.
Dav. Non ti partir; m'intendi? io torno adesso.

ACTUS ATTO

Google

ACTUS QUARTI
SCENA TERTIA.

ATTO QUARTO
SCENA TERZA.



Act. IV Scena III

Myſis.

Nihil ne eſſe proprium cuiquam? Di voſtram fidem.
Summum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum, in quovis loco
Paratum: verum ex eo nunc miſera quem capit
Dolorem? facile hic plus mali eſt, quam illic boni.
Sed Davus exit. Mi homo, quid iſtuc obſecro eſt?
Quo portas puerum.

Miſi ſola.

Son dunque, o ſommi Dei, tutti i mortali
Miſeri sì, che un piacer fermo, e ſtabile
Non abbiano giammai? e pur ſe alcuna
Io mi credei, che a tanto ben giungeſſe,
Della Padrona mia n'ebbi credenza,
Stimando, che ogni ſuo ben più perfetto
Panfilo foſſe, in cui ella trovava
E l'amico, e l'amante, e l'uom da tutto,
Ma quanta ora da lui doglia ne tragge
La poverella? in modo tal, che aſſai
Pena ella or più, che io gemma non godeo.
Ma Davo ecco eſce fuora: olà il mio uomo,
Che coſa è mai coteſto, e dove porti
Il fanciulletto?

ACTUS QUARTI

SCENA QUARTA.



Actus IV Scena IV

Davus, Myſis.

Dav. Myſis, nunc opus eſt tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria, atque aſtutia.
Myſ. Quidnam incepturus? Dav. Accipe a me hunc ocyus,
Atque ante noſtram januam appone. Myſ. Obſecro,
Humine? Dav. Ex ara hinc ſume verbenas tibi,
Atque eas ſubſterne. Myſ. Quamobrem id tute non facis?
Dav. Quia, ſi forte opus ad herum juſjurandum mihi
Non appoſuiſſe, ut liquido poſſim. Myſ. Intelligo.
Nova nunc religio in te iſthæc inceſſit, cedo?
Dav. Move ocyus te, ut, quid agam, porro intellegas.
Pro Jupiter! Myſ. Quid? Dav. Sponſæ pater intervenit.
Repudio conſilium, quod primum intenderam.
Myſ. Neſcio, quid narras. Dav. Ego quoque hinc ab dextera
Venire me adſimulabo. Tu, ut ſubſervias
Orationi, utcunque opus ſit, verbis, vide.
Myſ. Ego, quid agas, nihil intellego: ſed, ſi quid eſt,
Quod mea opera opus ſit vobis, aut tu plus vides,
Manebo, ne quod veſtrum remorer commodum.

ATTO QUARTO

SCENA QUARTA.

Davo, e Miſ.

Dav. Adeſſo, Miſi è il tempo,
Che tu m'aiti colla tua accortezza,
E colla pronta tua viva memoria.
Miſ. Che coſa vuoi tu far? *Dav.* Speditamente
Queſto da me tu prendi, e quindi il poni
Avanti l'uſcio della noſtra caſa.
Miſ. Dunque ho da porlo su la nuda terra?
Dav. Strappa qui da queſt'Ara una mazzetta
di verbena, e a lui fanne un letticciuolo.
Miſ. Perchè non lo fai tu? *Dav.* Perchè ſe a caſo
Giurar mi biſognaſſe al mio Padrone,
Che io non ho poſto qui queſto fanciullo,
Lo poſſa far ſenza peccato alcuno.
Miſ. Intendo: ma non sò da che ſi naſca
Queſto ſcrupolo in te, che è forſe il primo.
Ma dammi quà il fanciullo.
Dav. Muoviti preſto, acciocchè chiaro intenda
Quel, che io farò. Ma oh Dei! *Miſ.* Eh che coſa hai?
Dav. Habbiamo preſente il Padre della Spoſa.
Dal già preſo conſiglio io mi diparto.
Miſ. Non sò quel, che tu dica. *Dav.* Dalla deſtra
Parte dimoſtrerò di venir io.
Tu sta ſulle velette per contrario,
E bene attenta ad ogni mia parola,
E ſecondami ovunque ne abbiſogni.
Miſ. Io per certo non sò quel, che ti fai
Ma ſe l'opera mia vi è neceſſaria,
E di me tu più vedi, io reſterommi,
Onde alcun ben per me non vi ſia tolto,

ACTUS QUARTI
SCENA QUINTA.



Chremes, Myſis, Davus.

Chr. Revertor, poſtquam, quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, paravi, ut jubeam acceſſi. Sed quid hoc?
Puer hercle eſt. Mulier, tun' appoſuiſti hunc?
Myſ. Ubi
Illic eſt? Chr. Non mihi reſpondes? Myſ. Hem, nuſquam eſt. Væ miſeræ mihi,
Reliquit me homo, atque abiit. Dav. Di voſtram fidem,
Quid turbæ eſt apud forum? quid illic hominum litigant?
Tum annona cara eſt. Quid dicam aliud, neſcio.
Myſ. Cur tu obſecro hic me ſolam? Dav. Hem, quæ hæc eſt fabula?
Eho Myſis, puer hic unde eſt? quiſve huc attulit?
Myſ. Satin' ſanus es, qui me id rogites?
Dav. Quem ego igitur rogem,
Qui hic neminem alium videam? Chr. Miror, unde ſit.
Dav. Dicturan' quod rogo? Myſ. Au. Dav. Concede ad dexteram.
Myſ. Deliras. Non tute ipſe? Dav. Verbum ſi mihi
Unum, præterquam quod te rogo, faxis, cave.
Myſ. Male dicis. Dav. Unde eſt? dic clare. Myſ. A nobis. Dav. Ha ha he.
Mirum vero, impudenter mulier ſi facit.
Chr. Ab Andria eſt ancilla hæc, quantum intellego.
Dav. Adeon' videmur vobis eſſe idonei,
In quibus ſic illudatis? Chr. Veni in tempore.

Dav.

ATTO QUARTO
SCENA QUINTA.

Cremete, Miſi, e Davo.

Crem. Dopo, che ho dato ſeſto a quelle coſe,
Che ſono neceſſarie per le nozze
Della figlia, quà torno, e quà, che venga
La ſteſſa io vo', per comandar le poi.
Ma queſto, che coſa è? certo è un fanciullo.
Madonna, l'hai tu qui forſe portato?
Miſ. E dove è mai coſtui? Crem. Non mi riſpondi?
Miſ. Ah, che io nol veggo in parte alcuna! oh ſorte,
Infelice, ei m' ha laſciata
Qui ſola, e ſe n'è ito. Dav. Oh ſommi Dei
La voſtra fede imploro! e qual fracaſſo
Era là in piazza, e quanti uomini in lite!
L'annona è troppo cara. E che coſa altro
Dirò? non ſo'l io al certo. Miſ. Ah perchè ſola
Mi hai qui laſciata? Dav. E qual favola è queſta?
Oh Miſi, e di dove è queſto fanciullo?
E chi l'ha qui portato? Miſ. Non ſei mica
Impazzato, che ciò tu mi domandi?
Dav. Se a te ciò non domando, ed a chi vuoi,
Che io lo domandi, ſe non veggo alcuno?
Crem. Non ſo di dove ſia! Dav. Sarai per dirmi
Quello di che ti prego? Miſ. Ah. Dav. Dalla deſtra
Mano ti poni. Miſ. Tu deliri al certo.
Che forſe non tu ſteſſo! Dav. Se di bocca
Uſcir ti laſcerai altra parola,
Che quella, che biſogna alla riſpoſta,
Mi ſentirai. Miſ. Tu mi favelli oſcuro.
Dav. Donde è coſtui? riſpondi chiaramente.
Miſ. Da voſtra gente. Dav. Oh queſta ella è ridicola!
Maraviglia, ſe poi ſenza vergogna
Tratta una donna, che ſi dona a tutti!
Crem. Per quel, che io intendo, d'Andria è queſta ſerva.
Dav. Vi ſembriam dunque noi tanto ſciapiti
Da burlarci in tal guiſa? Crem. A tempo io venni

Dav.

Dav. *Propterea adeo puerum tollere hanc ab janua.*
Mane: cave quoquam ex iſtoc exceſſis loco.
Myſ. *Di te eradicent: ita me miſeram territas.*

Dav. *Tibi ego dico, an non?* Myſ. *Quid vis?* Dav. *At etiam rogas?*
Cedo, cujum puerum hic appoſuiſti, dic mihi.
Myſ. *Tu neſcis?* Dav. *Mitte id, quod ſcio: dic, quod rogo.*
Myſ. *Veſtri.* Dav. *Cujus veſtri?* Myſ. *Pamphili.*
Dav. *Hem, quid Pamphili?*
Myſ. *Eho, an non eſt?* Chr. *Recte ego ſemper fugi has nuptias.*
Dav. *O facinus animadvertendum.* Myſ. *Quid clamitas?*
Dav. *Quemne ego heri vidi ad vos adferri veſperi?*

Myſ. *O hominem audacem.* Dav. *Verum, Vidi Cantharam Suffarcinatam.*
Myſ. *Dis pol habeo gratias,*
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.
Dav. *Ne illa illum haud novit, cujus cauſa hæc incipit.*
Chremes, ſi poſitum puerum ante ædes viderit,
Suam gnatam non dabit: tanto hercle magis dabit.

Chr. *Non hercle faciet.* Dav. *Nunc adeo, ut tu ſis ſciens,*
Ni puerum tollis, jamjam ego hunc mediam in viam
Provolvam, teque ibidem pervolvam in luto.

Myſ. *Tu pol homo non es ſobrius.* Dav. *Fallacia*
Alia aliam trudit. Jam ſuſurrari audio,
Civem Atticam eſſe hanc.
Chr. *Hem.* Dav. *Coactus legibus*
Eam uxorem ducet.
Myſ. *Au, obſecro, an non civis eſt?*
Chr. *Jocularium in malum inſciens pene incidi.*

Dav. *Quis hic loquitur? o Chreme, per tempus advenis.*
Auſculta. Chr. *Audivi jam omnia.*
Dav. *Anne tu omnia?*
Chr. *Audivi, inquam, a principio.* Dav. *Audiſtin' obſecro? hem*
Scelera! hanc jam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ille eſt: non te credas Davum ludere.
Myſ. *Me miſeram! nihil pol falſi dixi, mi ſenex.*

Chr. *Novi rem omnem. Sed eſt Simo intus?* Dav. *Intus eſt.*
Myſ. *Ne me attingas, ſceleſte. Si pol Glycerio non omnia hæc.*
Dav. *Eho inepta, neſcis quid ſit actum.*
Myſ. *Quid ſciam?*
Dav. *Hic ſocer eſt. Alio pacto haud poterat fieri,*
Ut ſciret hæc, quæ volumus. Myſ. *Hem, prædiceres.*
Dav. *Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia,*
Ut fert natura, facias, an de induſtria?

Dav Or sù: i' affretta a portar via il fanciullo.
Guarda di non partirti in conto alcuno.
Miſ Ti sradichin gli Dei,
Cotanto, ahi me tapina, mi spaventi!
Dav Olà, a chi dico io? *Miſ* Che vuoi? *Dav* Mel chiedi?
Dimmi, chi ha messo qui questo fanciullo?
Miſ Tu non lo sai? *Dav* Quello, che io so, tralascia
Dimmi quel, che io ti chiedo.
Miſ Il vostro. *Dav* Il di chi vostro? *Miſ* Egli è di Panfilo.
Dav Come, questo di Panfilo! *Miſ* Eh che forse
Di Panfilo non è? *Cre* Con ben di ragione
Io fui sempre contrario a queste nozze.
Dav Oh brutta impresa, e degna di gastigo!
Miſ Che gridi? *Dav* Quello dunque è, che l'altrieri
Vidi arrecarsi a voi sull'imbrunire?
Miſ Che uomo temerario! *Dav* Ora comprendo,
Perchè Cantara io vidi affagottata.
Miſ Grazie agli Dei, che fu presente al parto
Qualche onesta matrona, e gentildonna.
Dav Ma quella lui affè conosce male,
Che inventa, per burlarlo, queste frottole.
Ella si crede, che in vedere un figlio
Sull'uscio proprio, disturbi Cremete
Dalle nozze; e non sa, che ei maggiormente
L'affretterà per questo.
Cre Non lo farà per certo. *Dav* Or tu m'ascolta,
O tu leva di qua questo fanciullo,
O io lo getto in mezzo della via,
E te con lui avvolterò nel fango.
Miſ Certamente tu sei fuori di senno.
Dav Nasce dall'una or l'altra frode: intendo,
Che si comincia a bucciniare intorno,
Che Cittadina sia questa d'Atene?
Cre Sì eh? *Dav* E che forzato ei dalle leggi
In moglie prenderalla.
Miſ Ah dimmi, e non è forse Cittadina?
Cre In un cattivo giuoco
Quasi venuto son senza saperlo.
Dav Chi qui parla? oh, sei tu, Cremete! a tempo
Arrivi, ascolta. *Cre* Io ho già tutto inteso.
Dav Tutto! non sarà vero. *Cre* Tutto a principio.
Dav Davvero. hai inteso! oh vè, che scelleragine!
Bisogna con costei usar fierezza.
Con lui tu l'hai da far, non già con Davo!

Miſ Misera me! Buon vecchio, io ti prometto,
Che quanto ho detto è tutto stato vero.
Cre Già so tutto. Simone è dentro in casa?
Dav Evvi. *Miſ* Non mi toccare, malvagio indegno.
Ma tutti questi imbrogli ora a Glicerio.
Dav Oh pazza, tu non sai quanto abbiamo fatto!
Miſ Che vuoi tu, che io ne sappia?
Dav Il Suocero quest'è: per altra via
Ei saper non potea ciò, che volemmo.
Miſ Mel dovevi avvertire. *Dav* È stato meglio;
Che nel fare una cosa importa molto
Il farla per natura, oppure ad arte.

ACTUS QUARTI — ATTO QUARTO

SCENA SEXTA. — SCENA SESTA.



Act IV Scena VI

Crito, Myſis, Davus.

Cri. IN hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem,
Quæ ſeſe inhoneſte optavit parere divitias
Potius, quam in patria honeſte pauper vivere.
Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos percontor, video. Salvete.
Myſ. *Obſecro,*
Quem video? eſt ne hic Crito, ſobrinus Chryſidis?
Is eſt.
Cri. *O Myſi Salve.* Myſ. *Salvos ſis Crito.*
Cri. *Itan Chryſis? hem.* Myſ. *Nos quidem pol miſeras perdidit.*
Cri. *Quid vos? quo pacto hic? ſatin' recte?*
Myſ. *Noſne? ſic*
Ut quimus, ajunt, quando, ut volumus, non licet.
Cri. *Quid Glycerium? jam hic ſuos parentes reperit?*
Myſ. *Utinam.* Cri. *An nondum etiam? haud auſpicato huc me attuli.*
Nam pol, ſi id ſciſſem, numquam huc tetuliſſem pedem.
Semper enim dicta eſt ejus hæc atque habita eſt ſoror.
Quæ illius fuerunt, poſſidet. Nunc me hoſpitem
Lites ſequi, quam hic mihi ſit facile atque utile,
Aliorum exempla commonent. Simul arbitror,
Jam eſſe aliquem amicum, & defenſorem ei: nam fere
Grandiuſcula jam profecta eſt illinc. Clamitent,

Critone foreſtiere, Miſ, e Davo.

Cri. M'hanno detto, che appunto in queſta piazza
Abitaſſe già Criſide. Coſtei
Amò più farſi ricca con infamia
In queſto luogo, che paſſar l'etade
Povera sì, ma con onore in patria.
A me per legge, adeſſo, ch'ella è morta
Verranno i beni ſuoi. Ma qui non vedo
Alcun da domandargli, ove abitaſſe.
State ſani. *Miſ.* Ma quale è queſti mai,
Che io vedo! el parmi il noſtro buon Critone
Cugino della Criſide! è per certo.
Cri. Oh, Miſi, io ti ſaluto. *Miſ.* Io te, Critone.
Cri. E ben la noſtra Criſide? *Miſ.* Morendo,
Miſere tutte noi, poſte ha in ruina.
Cri. Voi altre? e perchè qui? e van ben le coſe?
Miſ. Per noi? coſì, coſì, nè tanto male,
Come potremmo aver, nè tanto bene,
Quanto vorremmo avere. *Cri.* E di Glicerio,
Che ne è? trovò ella mai qui ſuoi parenti?
Miſ. Voleſſe il Cielo. *Cri.* E non trovògli ancora?
Con infauſti auſpicj io quà ne venni,
Che ſe io aveſſi ſaputo una tal coſa,
Non ritornava al certo in queſte parti:
Perche ſempre creduta fu coſtei
Sorella della Criſide, onde adeſſo
Poſſiede a queſto titolo i ſuoi beni,
E lo ſpogliarla, eſſendo uom foreſtiero
Non mi ſarà nè facil, nè giovevole,
Siccome avvenuto è ſpeſſo a più d'uno.
Ella avrà trovato alcuno amico,
E difenſor, che quando ella partiſſi
Di là era grandetta, or per difenderla
Me chiameranno ingannator, maligno,
Nè crederan, che io venga il mendico

Me ſycophantam hereditatem perſequi,	Di groſſa eredità ſi faccia erede
Mendicam. Tum ipſum deſpoliare non libet.	E poi non parmi lecito ſpogliare
MyſC. *O optume hoſpes! pol Crito antiquom obtines.*	Coſtei di queſto ben. *Miſ.* O buon Critone
Cri. *Duc me ad eum, quando huc veni, ut videam.*	Sei ſempre quel di prima. *Cr.* Andiamne, Miſi,
	Da lei, giacchè qui venni, per vederla.
MyſC. *Maxume.*	*Miſ.* Andiamne pure. *Dav.* Io ſeguirò coſtoro,
Dav. *Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat ſenex.*	Che in coſì fatto tempo non mi torna
	L'eſſer viſto dal Vecchio.

ACTUS QUINTI
SCENA PRIMA.

ATTO QUINTO
SCENA PRIMA.



Chremes, Simo.

Che. Satis jam, satis Simo spectata erga te amicitia est mea:
Satis pericli cepi adeundo: orandi jam finem face,
Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiae.

Sim. Imo enim nunc quum maxume abs te postulo atque oro Chreme
Ut beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Che. Vide, quam iniquus sis prae studio, Dum efficias id quod cupis,
Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas:
Nam si cogites, remittas jam me onerare injuriis.

Sim. Quibus? Che. At rogitas? perpulisti me, ut homini adolescentulo
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias,
Ejus labore, atque ejus dolore gnato ut medicarer tuo.
Impetrasti, incepi, dum res tetulit; nunc non fert: feras.
Illam hinc civem esse aiunt: puer est natus: nos missos face.

Sim. Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere,

Cremete, e Simone.

Crem. Pur troppo l'amor mio, Simon, pur troppo
T'ho dimostrato, e fino a qui pur troppo
Per te posto mi sono in gran periglio;
Perciò pon fine al più pregarmi, e pensa,
Che mentre io cerco secondar tue voglie,
Quasi inganno mortal fatto ho alla figlia.
Sim. Anzi quanto più posso io ti domando,
E ti supplico insieme, che una volta
Tu riduca a perfetto compimento
Il favor, che fin qui fu di parole.
Crem. Vedi l'amor di te, quanto t'inganna,
E ti dilunga dalle vie del giusto,
Purchè tu giunga al fin di ciò, che brami!
Poichè nè quanto soffra l'amicizia
Avverti, nè quanto è ciò, che mi chiedi.
Che, se tu l'avvertissi, io son ben certo,
Che t'asterresti dal più farmi ingiurie.
Sim. E quali ingiurie mai! Crem. Me ne domandi?
Tu mi spingesti a giovanetto acceso
D'altro amore, e lontan dal prender moglie,
A dar la figlia mia, e insieme esporla
A incerte nozze, e a certi affanni, e liti,
Perchè le piaghe del tuo figlio avessero
Da sua fatica, e duolo alcun ristoro,
Poi te la concedei, e l'cominciato
Accordo alla sua fin giunto saria:
Ma le cose ora hanno mutato faccia,
E si ragiona, che l'amata donna
Dal tuo figliuolo, Cittadina sia,
E che dall'amor lor sia nato frutto,
Perciò noi lascia in pace, e pensa ad altro.
Sim. Io ti prego pe' sommi eterni Dei,
Che tu non presti fede alle parole

Quibus id maxume utile eſt illum eſſe quam deterrimum,
Nuptiarum gratia hæc ſunt ficta atque incepta omnia.
Ubi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, deſinent.

Chr. *Syrus. Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam.*

Sim. *Scio.* Chr. *At*
Vero voltus cum ibi me adeſſe, neuter dum perſenſerat.
Sim. *Credo; & id facturas, Davus dudum prædixit mihi:*
Et neſcio qui tibi ſum oblitus hodie ac volui dicere.

Di quelli, a quali torna troppo bene,
Che tu peſſimo creda il figlio mio;
Sol per guaſtar l'incominciate nozze
Han ritrovate queſte coſe, e finte;
Però qual volta condurranſi a fine,
Mancando tal cagione, acqueteranſi.
Crem. T'inganni, poco fa vidi, ed udii
Davo gridare inſieme
Colla donna di quella peregrina.
Sim. Il ſo. Crem. Ma non fingevano del certo,
Che ſi credeano entrambi affatto ſoli.
Sim. Lo credo: e Davo me lo diſſe avanti,
Che avvenir ciò doveva, e non ſo, come
Dirlo io tel volli, e poi m'uſcì di mente.

ACTUS QUINTI
SCENA SECUNDA.

ATTO QUINTO
SCENA SECONDA.



Act V Scena II

Davus, Chremes, Simo, Dromo.

DAV. A*Nimo nunc jam otioso esse impero.* Chr. *Hem Davom tibi.*
Sim. *Unde egreditur?* DAV *Meo praesidio, atque hospitis*
Sim. *Quid illud mali est?*
DAV *Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.*
Sim. *Scelus,*
Quemnam hic laudat? DAV *Omnis res est jam in vado.* Sim. *Cesso alloqui?*
DAV *Herus est: quid agam?* Sim. *O salve bone vir.* DAV *Hem Simo, o noster Chremes.*
Omnia apparata jam sunt intus. Chr. *Curasti probe.*
DAV. *Ubi voles, accerse.* Sim. *Bene sane. Id enim vero hinc nunc abest.*
Etiam tu hoc respondes, quid istic tibi negotii est?
DAV *Mihin'?* Sim. *Ita.*
DAV. *Mihine?* Sim. *Tibi ergo.* DAV *Modo introii.* Sim. *Quasi ego, quam dudum id rogem.*
DAV *Cum tuo gnato una.* Sim. *An ne est intus Pamphilus? crucior miser.*
Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnufex?
DAV *Sunt.* Sim *Cur igitur hic est?* Chr. *Quid illum censes? cum illa litigat.*
DAV *Immo vero indignum, Chreme, jam facinus faxo ex me audias.*
Nescio qui senex modo venit: ellum, confidens, catus:
Cum faciem videas, videtur esse quantivis preti:
Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides.
Sim. *Quidnam apportas?* DAV *Nil equidem, nisi quod illum audivi dicere.*

Dave, Simone, Cremete, e Dromone servo.

Dav STate tutti contenti, e tutti allegri:
Crem. Oh ecco Davo. *Sim.* E donde ch'e' esce?
Dav Mercè dell'opra mia, e ancor di quella
Del forestier. *Sim.* Che mal sarà mai questo!
Dav Poichè non vidi mai ne' miei bisogni
Uomo, che a tempo più giunger potesse.
Sim Scellerato, ed a chi dà tante lodi?
Dav In fin, le cose mie son tutte in salvo
Sim Vado a parlargli. *Dav* Questi è il mio Padrone,
Che farò io? *Sim* Uomo dabben, buon giorno
Dav O, Simone, o Cremete, allegramente
Tutto è in ordine in casa. *Sim* Hai fatto bene.
Dav Perciò, quando tu vuoi chiamar gli Sposi
Sim Tu dici bene, e questo sol ci manca
Dimmi, non è così? ma qual negozio
Hai tu in cotesta casa?
Dav Io? *Sim* Sì tu. *Dav* Io certo? *Sim* Sì tu certo.
Dav V'entrai, che non è molto *Sim* Io non ti chiedo
Del quando, o quanto. *Dav* E' entrò meco insieme
Il tuo figliuol. *Sim* Che? Panfilo è là dentro!
Ohimè, qual pena io sento! o ceffo carnefice,
Non mi dicesti tu, che fra di loro
Erano nemicizie aspre, e crudeli?
Dav E' erano anche. *Sim* Ed a qual fine insieme!
Crem Che pensi? sta con lei per gridar seco.
Dav Anzi da me intenderai Cremete
Una nefanda impresa
Non so qual Vecchio è poco fa comparso
In questi luoghi, e là pur entro alberga
Uom feroce, e saggio, ed a vederlo in viso
Sparge di sè gran fama in chi lo mira,
Che grave e serio, e con gran senno el parla.
Sim E che porta costui? *Da* Nulla per certo,
Se non che solo io gli ho sentito dire,

Sim. *Quid ait tandem?* Dav. *Glycerium se scire civem esse Atticam.*

Sim. *Hem Dromo, Dromo.* Dav. *Quid est?* Sim. *Dromo.*
Dav. *Audi.* Sim. *Verbum si addideris, Dromo.*

Dav. *Audi obsecro.* Dro. *Quid vis?* Sim. *Sublimem hunc intro rape, quantum potes.*

Dro. *Quem?* Sim. *Davum.* Dav. *Quamobrem?* Sim. *Quia lubet. Rape inquam.* Dav. *Quid feci?* Sim. *rape.*

Dav. *Si quidquam mentitum invenies, occidito.* Sim. *Nihil audio.*
Ego jam te commotum reddam. Dav. *Tamen etsi hoc verum est.* Sim. *Tamen.*
Cura adservandum vinctum; atque audin'? quadrupedem constringito.
Age, nunc jam ego pol hodie, si vivo, tibi
Ostendam, herum quid sit pericli fallere, & illi patrem.

Chr. *Ah ne sævi tantopere.* Sim. *Chreme,*
Pietatem gnati? Non te miseret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile; exi Pamphile. ecquid te pudet?

Sim. E che dice egli mai? *Dav.* Dice sapere,
Cittadina d'Atene esser Glicerio.
Sim. Olà Dromo, vien, Dromo. *Dav.* E che c'è egli?
Sim. Dromo? *Dav.* Ascolta. *Sim.* Se parli? Dromo, dico.
Dav. Ascoltami ti prego. *Dro.* E ch'è, comandi?
Sim. Leva in alto costui quanto tu puoi,
E lo porta là dentro
Dro. E chi è questi? *Sim.* Egli è Davo. *Dav.* E per qual causa?
Sim. Perche mi piace, portalo, ti dico.
Dav. E che cosa ho fatto? *Sim.* O via, su portalo.
Dav. Se bugiardo mi trovi, e tu m'uccidi.
Sim. Più non voglio ascoltarti, e quanto prima
Io ti porrò in grande agitazione.
Dav. Pur troppo questo è vero. *Sim.* Ogni tuo studio
Poni in guardar costui, che a te consegno.
E per maggiore mia sicurezza, ascolta,
Legagli mani, e piedi
A guisa d'Animal di quattro gambe,
Orsù ti parli ed oggi, Davo, io spero
Mostrar a te quanto pericol sia
L'ingannare il Padrone, il Padre, e il Figlio
Cre. Non esser sì crudel. *Sim.* Non hai pietade
Del tuo figliuolo, e di me non t'increfce,
Che tu ti affanni, tua mercè, m'opprime!
Orsù Panfilo, orsù, fuora di casa,
E che, te ne vergogni?

ACTUS QUINTI ATTO QUINTO

SCENA TERTIA. SCENA TERZA.



Pamphilus, Simo, Chremes.

Pam. Quis me volt? perii, pater est. **Sim.** Quid ais omnium? **Chr.** Ah,
Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.

Sim. *Quasi quidquam in hunc jam gravius dici possiet.*
Ain' tandem, civis Glycerium est? **Pam.** *ita praedicant.*

Sim. *Ita praedicant? o ingentem confidentiam!*
Num cogitat, quid dicat? num facti piget?
Num ejus color pudoris signum usquam indicat?
Adeon' impotenti esse animo, ut praeter civium
Morem, atque legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere cupiat cum summo probro?

Pam. *Me miserum!* **Sim.** *Hem, modo id demum sensisti Pamphile?*
Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die istuc verbum vere in te accidit.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam senectutem hujus sollicito amentia? an
Pro hujus ego ut peccatis supplicium sufferam?
Imo habeat, valeat, vivat cum illa.

Pam. *Mi pater.*

Sim. *Quid mi pater? quasi tu hujus indigeas patris.*
Domus, uxor, liberi inventi invito patre.
Adducti, qui illam civem hinc dicant: viceris.

Pam. *Pater licet ne pauca?* **Sim.** *Quid dices mihi?*

Chr.

Panfilo, Simone, e Cremete.

Panf. E Chi mi vuole? amme son morto! è il Padre.
Sim. Il qual fra tutti gli uomini .... *Crem.* Simone
Ah di più tosto a lui la cosa stessa,
E non ingiuriarlo con parole.
Sim. Quasi contra costui si possa dire
Qualche ingiuria maggiore. Or dimmi in fine
Glicerio è Cittadina? *Panf.* Così dicesi.
Sim. Così dicesi! o somma sfacciataggine,
Pensa forse che dire? o gli rincresce
Di ciò, che ha fatto, o dimostra egli in viso
Color di pentimento, e di vergogna?
Dunque di matta, e d'animo sì franco
Esser non puote, che le patrie leggi,
E le civili usanze, ed il volere
Dal Padre proprio così poco apprezzi,
Che voglia con suo biasimo, a dispetto
Prendere in moglie peregrina donna!
Panf. Oh me infelice! *Sim.* Finalmente adesso
D'esser misero, o Panfilo, t'accorgi!
Una volta, una volta, allora quando
Risolvesti di far quello, che hai fatto,
In quello stesso dì, tal divenisti,
Quale or ti chiami. Ma che faccio adesso!
A qual fine m'affliggo, e mi distruggo?
E che più invecchio per la sua pazzia?
Che forse, vorrò io soffrir la pena
Del suo peccato! Anzi se l'abbia pure,
Se la goda, e con essa allegro ei viva.
Panf. Mio Padre. *Sim.* Che mio Padre?
Quasi abbi tu bisogno d'un tal Padre,
Quando ad onta di lui a casa, e moglie
Ti sei trovato, e figli, e gente ancora,
Che dica, Cittadina essa Glicerio.
Hai vinto. *Panf.* Padre mio, se t'è in piacere,
Che io dica alcuna cosa. *Sim.* E che dirai?

Crem.

Chr. *Tamen, Simo, audi.* Sim. *Ego audiam? quid audiam, Chreme?*
Chr. *Attamen dicat ſine.* Sim. *Age dicat; ſino.*
Pam. *Ego me amare hanc fateor, ſi id peccare eſt, fateor id quoque.*
Tibi, pater, me dedo. Quidvis oneris impone, impera.
Vis me uxorem ducere? hanc amittere? ut potero, feram.
Hoc modo te obſecro, ut ne credas a me allegatum hunc ſenem.
Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam.
Sim. *Adducas?* Pam. *Sine pater.*
Chr. *Æquum poſtulat: da veniam.* Pam. *Sine te hoc exorem.* Sim. *Sino.*
Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.

Chr. *Pro peccato magno paullum ſupplicii ſatis eſt patri.*

Crem. Ma pur l'aſcolta. *Sim.* Che io aſcolti coſtui!
E poichè aſcolterò da lui, Cremete!
Crem. Ma pur laſcialo dir. *Sim.* Dunque, che ei dica.
Panf. D'amar coſtei non nego, e ſe l'amarla
E colpa, queſta colpa ancor confeſſo
A te, Padre, mi dono, e qual più grave
Peſo ſopra di me pur tu vorrai
Porlo, non t'impediſco; è tuo volere,
Che io prenda moglie, e da coſtei mi ſtacchi;
Come poſſo, il farò. Solo ti prego,
Che tu non creda mai da me condotto
Il vecchio foreſtiero, e mi permetta,
Ch'egli poſſa venire al tuo coſpetto
Per mia difeſa. *Sim.* Che egli a me ne venga!
Panf. Padre, nol mel negar. *Crem.* Ei chiede il giuſto,
Concederſe gli dee. *Panf.* Queſto piacere
Fa, che io impetri da te. *Sim.* Te lo concedo
E credemi, Cremete, che io non bramo
Altro più, che eſſer certo
Di non trovar nel figlio inganno alcuno.
Crem. Ogni piccol ſupplizio a gran peccato
Baſta al cuore d'un Padre.

Eq. Petrus Leo Ghezzi Inv. et delin.

ACTUS QUINTI
SCENA QUARTA.

ATTO QUINTO
SCENA QUARTA.

Ter. Andr. Fig. XXVIII



Crito; Chremetes; Simo; Pamphilus.

Cri. Mitte orare. Una harum quaevis cauſa me, ut faciam, monet,
Vel tu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio.
Chr. Andrium ego Critonem video? & certe is eſt. Cri. Salvus ſis, Chreme.
Chr. Quid tu Athenas inſolens?
Cri. Evenit. Sed hicine eſt Simo?
Chr. Hic eſt. Sim. Me ne quaeris? eho, tu Glycerium hinc civem eſſe ais?
Cri. Tu negas? Sim. Ita ne huc paratus advenis?
Cri. Quare? Sim. Rogas?
Tu ne impune haec facias? tu ne hic homines adoleſcentulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas?
Chr. Sanun' es?
Sim. Ac meretricios amores nuptiis conglutinas!
Pam. Perii, metuo, ut ſubſtet hoſpes.
Chr. Si Simo hunc noris ſatis,
Non ita arbitrere. Bonus hic eſt vir.
Sim. Hic vir ſit bonus?
Ita ne attemperate venit hodie in ipſis nuptiis,
Ut veniret, antehac nunquam? eſt vero huic credendum, Chreme?
Pam. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probe.
Sim. Sycophanta. Cri. Hem. Chr. Sic Crito eſt hic: mitte. Cri. Videat, qui ſiet.

Critone; Cremete; Simone; e Panfilo.

Cri. Laſcia di più pregar. Da per sè ſteſſa
Qualunque delle tante, e sì diverſe
Cagioni ad operar mi muove, e ſtimola,
O ſii tu, o ſia il vero, o ſia, che io bramo
Il bene di Glicerio. Crem. Io veggo d'Andro
Criton venuto. Egli è deſſo per certo.
Cri. Ti ſaluto, Cremete.
Crem. Coſa inſolita. Tu qui dentro Atene!
Cri. Sortì, ma queſti non è già Simone?
Quid de hac re dicat, quidve sit sententiae.
Abi tu, vise redieritne jam, an nondum, domum.
Get. *Eo.* **Dem** *Videtis quo in loco res haec siet.*
Quid ago? dic Hegio.
Heg. *Ego? Cratinum censeo,*
Si tibi videtur. **Dem.** *Dic Cratine.* **Crat.** *Mene vis?*
Dem *Te.* **Crat.** *Ego, quae in rem tuam sint, ea velim facias. Mihi*
Sic hoc videtur, Quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum aequum esse, & bonum.
Et id impetrabis. Dixi.
Dem *Dic nunc Hegio.*
Heg *Ego sedulo hunc dixisse credo: verum ita est,*
Quot homines, tot sententiae: suus cuique mos.
Mihi non videtur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse: & turpe inceptu est.
Dem. *Dic Crito.*
Crit. *Ego amplius deliberandum censeo.*
Res magna est. **Heg.** *Numquid nos vis?* **Dem.** *Fecistis probe.*
Incertior sum multo, quam dudum. **Get.** *Negant*
Rediisse.

Demifone, Geta, Egione, Cratino, Crito Avvocati.

Dem QUanto mi affligge questo mio figliuolo!
Che me con lui ha posto in grande intrigo
Mercè di queste nozze! e ancor nol veggio.
Almeno per saper sopra un tal fatto,
Che cosa egli ne dica, e che ne pensi.
Tu vanne, e guarda, s'è tornato ancora
A casa. **Get.** Corro. **Dem** Vedete voi
Lo stato, in cui si trova questa cosa.
Egion mostratemi voi, che deggio fare.
Eg. Anzi, Cratino, se ti par, lei dica.
Dem Dì tu, Cratino. **Crat** Ho da dir io? **Dem** Sì certo.
Crat Vorrei, che tu facessi quelle cose,
Che ti tornasser bene. Ora a me pare
Essere molto giusto, e molto onesto,
Che quanto da te lungi, il tuo figliuolo
Ha fatto, tutto si debba annullare,
E le cose riporsi nell'esser pristino
In che impetrar ti fia leggiero. Ho detto.
Dem Egione ora dì tu. **Eg.** Certo costui
Ha parlato con molta avvedutezza;
Ma egli è pur troppo ver quel che si dice,
Tanti pareri son, quanti son capi,
E in altre ognuno a modo suo l'intende.
Però non parmi, che annullar si possa
Una cosa, che fatta abbian le leggi,
E 'l sol tentarlo fora cosa sconcia.
Dem Dì tu Critone. **Crit.** Qui ci vuol del tempo,
Per fare un buon consiglio, la materia
È di grande importanza. **Eg.** Altro da noi
Vuoi tu? **Dem** Obbligato mi dichiaro a tutti:
Adesso ne so meno assai di prima.
Get. Ancor non è tornato.

ACTUS TERTII
SCENA PRIMA.

ATTO TERZO
SCENA PRIMA.



Actus III Scena I

Antipho, Geta.

Ant. *ENimvero Antipho multimodis cum istoc animo vituperandus es:*
Itane te hinc abisse, & vitam tutandam dedisse aliis tuam?
Alios tuam rem credidisti, quam te, animadversuros magis?
Nam, ut ut erant alia, illi certe consuleres, quae nunc tibi domi est:
Ne quid propter tuam fidem decepta poteretur mali:
Cujus nunc miserae spes, opesque sunt in te uno omnes sitae.

Get. *Equidem here nos jam dudum hic te absentem incusamus, qui abieris.*
Ant. *Te ipsum quaerebam.* Get. *Sed ea caussa nihilo magis defecimus.*
Ant. *Loquere obsecro, quonam in loco sunt res & fortunae meae?*
Numquid patri subolet? Get. *Nihil etiam.* Ant. *Ecquid spei porro est?* Get. *Nescio.* Ant. *Ah.*
Get. *Nisi Phaedria haud cessavit pro te eniti.* Ant. *Nihil fecit novi.*
Get. *Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis, strenuum hominem praebuit.*
Ant. *Quid is fecit?* Get. *Confutavit verbis admodum iratum senem.*
Ant. *Heu Phormio.* Get. *Ego, quod potui porro.* Ant. *Mi Geta, omnes vos amo.*
Get. *Sic sese habent principia, ut dico: adhuc tranquilla res est.*

Antifone, e Geto.

Ant. PEr verità Antifon degno tu sei
Con questo animo tuo tanto de poco
Di biasimo. Così dunque partisti
Di questo luogo, e desti la tua vita
Alla difesa altrui?
E ti credesti, che la roba tua
Avrebbe più di te curato ogni altro?
Poichè comunque tutte l'altre cose
Si fosser, provveduto avresti almeno
A quella, che in tua casa or si ritrova,
Acciocchè sotto le tue date fede
Non patisse ingannata effetto alcuno,
Di cui, meschina, le speranze tutte,
E tutto il suo conforto in te risiede
Get. Gli è gran tempo, Padron, che tutti noi
Te la tiriamo giù, perchè partisti.
Ant. Te stesso ive cercando. Get. Nondimeno
Nell'affar tuo non si è mancato in nulla.
Ant. Dimmelo, te ne prego, in quale stato
Sono or le cose mie, le mie fortune?
Mio Padre mostra averne alcun sentore?
Get. Ne per niente. Ant. E che deggio sperare?
Get. Non so io. Ant. Ahimè. Get. Se non che tuo Cugino
Per te fece ogni sforzo. Ant. Certamente
Non fe cose di nuovo. Get. E Formione
Si portò in questo, e in altro come un Marte.
Ant. O che fece egli? Get. A forza di parole
Il nostro Vecchio egli confuse, e vinse.
Ant. Vive Formione. Get. Io poi del certo
Feci quel, che potei. Ant. Geta mio caro
Vi amo tutti. Get. Così sono i principj,
E fino a qui le cosa ella è tranquilla

Manſuroſque patruum pater eſt, dum huc adveniat,
Ant. *Quid eum?* Get. *Aiebat,*
De ejus conſilio velle ſeſe facere, quod ad hanc rem attinet.
Ant. *Quantus metus eſt mihi, venire huc ſalvom nunc patruum Geta!*
Nam, ut audio, per ejus unam, aut vivam, aut moriar ſententiam.
Get. *Phædria tibi adeſt.* Ant. *Ubinam?* Get. *Eccum ab ſua palæſtra exit foras.*

Tuo Padre aſpettar vuole il ſuo fratello,
Che ritorni da Lenno. *Ant.* Ed a qual fine?
Get. Diceva voler lui pendere in tutto
Da ſuoi conſigli ſopra queſto affare.
Ant. Così poſſa ei mancar, Geta, tra via,
Quando, ſiccome aſcolto, il viver mio,
O il mio morir ſi ſta nella ſua bocca.
Get. Eccoti Fedria. *Ant.* Ov'è? *Get.* Vedilo appunto
Che egli eſce fuora dalla ſua paleſtra.

Dom. Miſsoni ſculp.

ACTUS ATTO

ACTUS TERTII
SCENA SECUNDA

ATTO TERZO
SCENA SECONDA.



Act. III Scen. II

Phædria, Dorio, Antipho, Geta.

Phæd. Dorio, audi obsecro. **Dor.** *Non audio.* **Phæd.** *Parumper.* **Dor.** *Quin omitte me.*

Phæd. *Audi, quod dicam.* **Dor.** *At enim tædet jam audire eadem millies.*

Phæd. *At nunc dicam, quod lubenter audias.*

Dor. *Loquere, audio.*

Phæd. *Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quo nunc abis?*

Dor. *Mirabar, si tu mihi quidquam afferres novi.*

Ant. *Hei, metuo lenonem, ne quid suo suat capiti.* **Get.** *Idem ego metuo.*

Phæd. *Non mihi credis?* **Dor.** *Hariolare.* **Phæd.** *Sin fidem do?* **Dor.** *Fabulæ.*

Phæd. *Feneratum istuc beneficium tibi pulchre dices.* **Dor.** *Logi.*

Phæd. *Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc est.* **Dor.** *Somnia.*

Phæd. *Experire, non est longum.* **Dor.** *Cantilenam eandem canis.*

Phæd. *Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus.* **Dor.** *Garri modo.*

Phæd. *Adeon' ingenio esse te duro, atque inexorabili,*
Ut neque misericordia, neque precibus molliri queas?

Dor. *Adeon' te esse incogitantem atque impudentem Phædria*
Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?

Ant. *Miseritum est.* **Phæd.** *Hei veris vincor.* **Get.** *Quam similis uterque est sui?*

Fedra, Dorio, Antifone, e Geta.

Fed. Dorio ti prego, ascoltami. *Dor.* Non ti odo.
Fed. Due parole . . . *Dor.* Mi lascia. *Fed.* Ascolta in grazia
Quello, che ti vo' dir. *Dor.* Soffrir non posso
Le stesse cose udir millanta volte.
Fed. Ma adesso mi udirai con tuo piacere.
Dor. Parla, che io t'odo. *Fed.* Non potrò impetrare,
Che qui ti fermi per questi tre giorni?
Dove ten vai? *Dor.* Avea ben io stupore,
Che mi apportassi tu cosa di nuovo!
Ant. Ah temo, che il mezzan non s'abbatta
A Fedria alcuno inganno, (che a lui possa
Ricader sopra.) *Get.* Io ne ho paura anch'io.
Fed. Non mi dai fede? *Dor.* Per certo l'indovini.
Fed. Ma te ne do parola. *Dor.* Tutte favole.
Fed. Vedrai, che frutterati a maraviglia
Sì fatta grazia. *Dor.* Chiacchiere. *Fed.* Ti giuro,
Che goderai di avermi compiaciuto,
Ed è vero per dio quel che io ti dico.
Dor. Tu sogni. *Fed.* Fanne prova: il tempo è breve.
Dor. Tu canti la medesima canzone.
Fed. Tu parente, tu Padre, tu mio amico . . .
Dor. Ciarla pure a tua posta.
Fed. E sarà ver, che sei di cuor sì duro,
Ed ostinato così, che non si possa
Ammollir per pietade, e per preghiere?
Dor. E sarà vero, che sei sì spensierato,
E sfrontato così, che tu ti creda
Di tagliarmi colle tue parole,
Ed averti colei senza un quattrino?
Ant. Mi fa pietà di lui. *Fed.* Ah che pur troppo
Ei dice il vero. *Get.* Quanto questi due
Rappresentano ben la parte loro?

Phaed. *Neque, ubi Antipho cum occupatum esset sollicitudine,*
Tum esse hoc mi objectum malum? Ant. *Ah, quid istuc autem est Phaedria?*
Phaed. *O fortunatissime Antipho.* Ant. *Egone?* Phaed. *Cui quod amat, domi est;*
Nec cum hujusmodi unquam usus venit ut conflictares malo.
Ant. *Mihin' domi est? immo id quod aiunt, auribus teneo lupum;*
Nam neque, quo modo a me amittam, invenio, neque uti retineam, scio.
Dor. *Ipsum istuc mihi in hoc est.* Ant. *Eja, ne parum leno sies.*
Num quid hic confecit? Phaed. *Hiccine? quod homo inhumanissimus:*
Pamphilam meam vendidit. Get. *Quid? vendidit?* Ant. *Ain' vendidit?*
Phaed. *Vendidit.* Dor. *Quam indignum facinus, ancillam aere emptam suo!*
Phaed. *Nequeo exorare, ut me maneat, & cum illo ut mutet fidem,*
Triduum hoc, dum id, quod est promissum ab amicis argentum, aufero.
Si non tum dedero, unam praeterea horam ne oppertus sies.
Dor. *Obtundis.* Ant. *Haud longum est quod orat, Dorio. Exoret, sine;*
Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.
Dor. *Verba istaec sunt.* Ant. *Pamphilamne hac urbe privari sines?*
Tum praeterea horunc amorem distrahi poterin' pati?
Dor. *Neque ego, neque tu.* Get. *Dii tibi omnes id, quod es dignus, duint.*
Dor. *Ego te complures advorsum ingenium meum menses tuli*
Pollicitantem, & nil ferentem, flentem; nunc contra omnia haec
Repperi, qui det, neque lacrumet: da locum melioribus.
Ant. *Certe hercle, ego si satis commemini, tibi quidem est olim dies,*
Quam ad dares huic, praestituta. Phaed. *Factum.*
Dor. *Num ego istuc nego?*

Ant. *Jamne ea praeteriit?* Dor. *Non, verum haec ei antecessit.* Ant. *Non pudet*
Vanitatis? Dor. *Minime, dum ob rem.* Get. *Sterquilinium.* Phaed. *Dorio,*
Itane tandem facere oportet? Dor. *Sic sum; si placeo, utere.*
Ant. *Siccine hunc decipis?* Dor. *Imo enimvero, Antipho, hic me decipit.*
Nam hic me hujusmodi scibat esse, ego hunc esse aliter credidi.
Iste me fefellit, ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed ut ut haec sunt, tamen hoc faciam; cras mane argentum mihi
Miles dare se dixit; si mihi prior tu attuleris, Phaedria,
Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est. Vale.

Fed. E questa mia disgrazia
In peggior tempo mi potea accadere?
Quando Antifone anch'egli è pien di cure.
Ant. Ah che cosa è codesta amato Fedria?
Fed. O Antifon felicissimo. *Ant.* A me dici?
Fed. Che quel, che tu ami, ti ritrovi in casa;
Nè ti fu d'uopo mai l'aver che fare
Con gente di tal sorta. *Ant.* Io in casa mia
Ho quel che io amo? Ah Fedria per gli orecchi
Siccome dir si suole io tengo il Lupo,
Che non trovo la strada di lasciarlo,
O ver di ritenerlo. *Dor.* Io sono pure
In cotesta medesima positura.
Ant. Su via sii, pur, quanto esser puoi mezzano.
Che cosa ti ha fatto egli? *Fed.* Chi? costui?
Quel che può fare un crudelissimo uomo.
Ha Panfila venduta.
Get. Che! l'ha venduta! *Ant.* L'ha venduta dici?
Fed. L'ha venduta. *Dor.* Gran fatto è al certo indegno
Comperare, e rivendere una Fante!
Fed. Impetrar non posso io, ch'egli mi aspetti,
E che manchi con quello di parola
Per tre dì soli, nel qual tempo spero,
Che il promesso denaro arrecheragli;
E se per sorte io gli mancassi allora
Un'altra ora di più ei non mi aspetti.
Dor. Mi rompi il capo. *Ant.* Non è Dorione
Lungo tempo cotesto, che ei ti chiede.
Fagli questo piacer, che per tal grazia
Ti sarà largo di doppia mercede.
Dor. Coteste son parole. *Ant.* E vorrai dunque,
Che perda Atene la sua bella Panfila?
E potrai soffrir, che si distacchi
Questa amorosa coppia uno dall'altra?
Dor. Nè tu, nè io abbiamo colpa in questo.
Ant. Ti dien gli eterni Dei quel che tu merti.
Dor. Per molti mesi, fuor del mio costume
Io te soffrii promettitor piangente,
E sempre a mani vote. Ora ho trovato
Ogni cosa al contrario, voglio dire
Un, che paga, e non piange: a questo tale,
Come a miglior di te tu cedi 'l luogo.
Ant. Certamente, se mal non mi ricordo,
Questo giorno da te fu stabilito,
Per lei dare a costui. *Fed.* Così gli è certo.
Dor. Che forse ve lo nego? *Ant.* Ora egli ancora
Ti par passato? *Dor.* No. Ma questo giorno
È stato prevenuto da quell'altro.
Ant. Nè ti vergogni di mancar di fede?
Dor. Nulla affatto. Perchè io faccia guadagno.
Ant. Che tu possa affogar 'n un letamajo.
Fed. Dorio dunque così far ti bisogna?
Dor. Io così sono; e se così ti piaccio,
Di me serviti pure. *Ant.* E in guisa tale
Inganni tu costui? *Dor.* Anzi piuttosto
Egli Antifon me inganna. Egli sapeva
La mia natura; io non sapea la sua,
Che l'ho creduto infino adesso altro uomo,
Sicchè egli mi ha ingannato: io nulla affatto
Mutato mi son mai da quel, che fui.
Ma comunque si stiano ora le cose
Questo voglio io far. Domani l'argento
Promise di portarmi quel Soldato,
Se tu mel porterai prima di lui,
Io ti farò goder del benefizio
Di una mia legge, per cui preferito
È sempre a tutti, che prima mi porta.
Addio.

ACTUS TERTII

SCENA TERTIA.

ATTO TERZO

SCENA TERZA.



Act III Scena III

Phaedria, Antipho, Geta.

Phaed. Quid faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser,
Cui minus nihilo est? quod si hoc pote fuisset nunc exorarier
Triduum hoc, promissum fuerat.
Ant. Itane hunc patiemur Geta
Fieri miserum, qui me dudum, ut dixti, adjuverit comiter?
Quin, cum opus est, beneficium rursum ei experiamur reddere?
Get. Scio equidem hoc esse aequum.
Ant. Age ergo, solus servare hunc potes.
Get. Quid faciam? Ant. Invenias argentum. Get. Cupio; sed, id unde, edoce.
Ant. Pater adest hic. Get. Scio; sed quid tum? Ant. Ah, dictum sapienti sat est.
Get. Itane? Ant. Ita. Get. Sane hercle pulchre suades: etiam tu hinc abis?
Non triumpho, ex nuptiis tuis si nihil nanciscor mali,
Ni etiam nunc me hujus causa quaerere in malo jubeas crucem?
Ant. Verum hic dicit. Phaed. Quid? ego vobis Geta alienus sum? Get. Haud puto.
Sed parumne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex,
Ni instigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?
Phaed. Alius ab oculis meis illam in ignotum abducet locum?

Dum

Fedria, Antifone, e Geta.

Fed. Che farò mai?
Donde, misero me, potrò sì presto
Ritrovare il denaro per costui
Io, che ho meno di nulla? che se almanco
Avessimo ottenuto que' tre soli
Giorni di tempo, già m'era promessi.
Ant. Così noi dunque soffriremo, o Geta,
Che ognor costui si renda più infelice!
Che poco fa, conforme tu mi hai detto
Aiutommi con tanta cortesia?
E non piuttosto, or ch'egli ne ha bisogno
Non ci industriam d'avergli benefizio
Restituirgli? Get. Io lo so, che questo è giusto.
Ant. Su dunque, che tu sol salvar lo puoi.
Get. Che devo fare? Ant. Ritrovar l'argento.
Get. Lo bramo. Ma mi mostra ove trovarlo.
Ant. Mio Padre è qui presente.
Get. Lo so: ma poi che ne avverrà da questo?
Ant. A buono intenditor poche parole.
Get. Così ne? Ant. Così certo. Get. In fede mia
Tu mi dai veramente un bel consiglio.
Ma tu ancor ci abbandoni, e te ne vai?
Se io di queste nozze non mi tiro
Qualche gran male addosso, non trionfo,
Senza che tu per questa causa istessa
Mi forzi ad incontrar l'ultimo danno.
Ant. Ei dice il vero. Fed. E che! tu mi riguardi
Geta, come io fossi uomo forestiero?
Get. Non per certo. Ma dimmi: è forse poco,
Che il Vecchio irato sia con tutti noi,
Se noi di più non l'aizziamo in modo,
Che non ci sia più luogo alle preghiere?
Fed. Intanto quella dalla vista mia

Altri

Dum igitur licet, dumque adsum, loquimini mecum Antipho.
Contemplamini me. Ant. *Quamobrem? aut quidnam facturus? cedo.*

Phæd. *Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi,*
Aut perire. Get. *Dii bene vortant, quod agas: pedetentim tamen.*
Ant. *Vide, si quid opis potes adferre huic.* Get. *Si quid? quid?* Ant. *Quaere, obsecro,*
Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat Geta.

Get. *Quaero: salvus est, ut opinor. Verum enim metuo malum.*
Ant. *Noli metuere: una tecum bona, mala tolerabimus.*
Get. *Quantum argenti opus est tibi? loquere.* Phæd. *Solæ triginta minæ.*
Get. *Triginta? hui, percara est Phædria.* Phæd. *Istæc vero vilis est.*
Get. *Age, age, inventas reddam.* Phæd. *O lepidum caput!* Get. *Aufer te hinc.* Phæd. *Jam opus est.*
Get. *Jam feres. Sed opus est mihi Phormionem adjutorem ad hanc rem dari.*
Ant. *Præsto est: audacissime oneris quidvis impone, & feret. Solus est homo amico amicus.* Get. *Eamus ergo ad eum ocius.*
Phæd. *Abi vero tu, præsto ut sit domi.*
Ant. *Numquid est, quod mea opera vobis opus sit?* Get. *Nihil: verum abi domum, &*
Illam miseram, quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu,
Consolare. cessas? Ant. *Nihil est, æque quod faciam lubens.*

Phæd. *Qua via istuc facies?* Get. *Dicam in itinere, modo te hinc amove.*

A ciò torrammi, e condurralla seco
In qualche parte ignota. Or mentre dunque
Lice, e nel mentre, che io vi son presente
Parlate meco, e guardatemi bene
Ant. Per qual ragione? e che vuoi far? favella
Fed. In qualunque paese trasportata
Sarà colei, lo là ne andrò del certo,
O morirò tra via. *Get.* Gli eterni Dei
Favoriscano sempre ogni tua impresa,
Ma và con piè di piombo. *Ant.* Vediam poco,
Se arrecar tu gli puoi soccorso alcuno.
Get. Soccorrerlo? e in che modo? *Ant.* Però pensaci
Ti prego, acciò che possa egli non faccia
Cosa tale, di cui ne abbiamo rammarico
Get. La cerco: Ed egli è in salvo a mio parere
Ma sto con del timor di qualche male.
Ant. Non temer: teco soffriremo insieme
Il bene, e 'l mal. *Get.* Di quanto hai tu bisogno?
Fed. Di trenta mine sole. *Get.* Trenta mine!
Uh Fedria è troppo cara. *Fed.* Anzi val poco
Get. O via, tu l'averai. *Fed.* O uom di garbo
Get. Ma levati di qui. *Fed.* Questo danaro
Adesso mi bisogna. *Get.* Già l'avrai.
Ma uopo è, che Formion mi dia di mano
In questo affar. *Ant.* Noi l'aviam sempre all'ordine,
E qualunque gran peso tu gli addossi,
Lo porterà senza timore alcuno
Uom veramente amico dell'amico.
Get. Andiamo dunque subito da lui
Fed. Vanne, e gli dì, che egli mi aspetti in casa.
Ant. Io vi debbo servire in cosa alcuna?
Get. In nessuna: ma vanne a casa, e quella
Povera donna morta di timore
Consola. E ancor non vai? *Ant.* Cosa nessuna
E' che io far possa tanto volentieri
Fed. Ma dimmi per qual via mi ajuterai?
Get. Tel dirò per istrada. Or di qui parti.

ACTUS QUARTI

SCENA PRIMA.

ATTO QUARTO

SCENA PRIMA.



Demipho, Chremes.

Dem. Quid? qua profectus cauſa hinc es Lemnum Chreme?
Adduxtin' tecum filiam? **Chr.** Non. **Dem.** Quid ita non?
Chr. Poſtquam videt me ejus mater hic eſſe diutius,
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam: ipſam cum omni familia
Ad me eſſe profectam ajebant. **Dem.** Quid illic tam diu
Quaſo igitur commorabare, ubi id audiveras?

Chr. Pol me detinuit morbus. **Dem.** Unde? aut qui? **Chr.** Rogas?
Senectus ipſa eſt morbus: ſed veniſſe eas
Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat.
Dem. Quid gnato obtigerit me abſente, audiſtin' Chreme?
Chr. Quod quidem me factum conſilii incertum facit:
Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario,
Quo pacto, aut unde mihi ſit, dicundum ordine eſt.
Te mihi fidelem eſſe æque, atque egomet ſum mihi,
Sciebam: ille ſi me alienum affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin ſpreverit me, plus, quam opus eſt ſcito, ſciet.
Vereorque, ne uxor aliqua hoc reſciſcat mea.

Demifone, e Cremete.

Dem. E Ben Cremete tu faceſti poi
Quello, per cui ti trasferiſti a Lenno?
Riconduceſti teco la tua figlia?
Crem. No. **Dem.** Perchè no? **Crem.** Perchè la Madre ſua,
Mentre vede, che quì mi fermo troppo,
E vede, che l'etade della figlia
Soffrir non può la negligenza mia,
Quà, conforme diceano, venuta
Se n'era, e ſeco la famiglia tutta
Avea condotta. **Dem.** E tu ſentito queſto,
Perchè fermarti là sì lungo tempo?
Crem. Forza di malatia. **Dem.** E quale? e come?
Crem. Ma lo dimandi? La vecchiezza ſteſſa
È malatia. Ma che ſalve, e ſane
Siano quà giunte ho udito dal Nocchiero,
Che l'ha condotte. **Dem.** Or ti è egli ſtato detto,
Cremete ciò, che nell'aſſenza mia
Avvenne al mio figliuol? **Crem.** Cotesto fatto
Mi cava fuor di ſenno; perchè ſe io
A un foreſtiero vorrò dar la figlia,
Biſognerà, che io gli racconti come
L'ebbi, e da cui, e minutamente il tutto.
Là dove di tua fede era io ſicuro,
Quanto di me medeſimo. Segreto
Il foraſtiero ſi ſtarà ſin tanto
Durerà l'amiſtà tra di noi:
Ma ſe poi ci ſprezziamo, addio ſegreto;
Ed ho timor, che di queſta faccenda
Non giunga alcun ſentore alla mia moglie:
Lo che ſe avviene, a me non rimane altro,
Che aſſottigliar ben bene il mio cervello.

Quod ſi fit, ut me excuſem, atque egrediar domo,
Id reſtat: nam ego meorum ſolus ſum meus.
Dem. *Scio ita eſſe, & iſtuc mihi res ſollicitudini eſt:*
Neque defetiſcar uſque adeo experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero,

Penſare ai caſi miei, e uſcir di caſa,
Perchè tra tutti i miei ſolo io ſon mio.
Dem Egli è così, ben il ſo, ed emmi a cuore
Coteſta coſa, e mai non ſtancherommi
Di tentar tutto, perchè al fin rieſca
Quel tanto, che da me ti fu promeſſo,

ACTUS QUARTI ATTO QUARTO

SCENA SECUNDA. SCENA SECONDA.



Geta.

Ego hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionem. Venio ad hominem, ut dicerem
Argentum opus eſſe, & id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quaerebat ſenem.
Dis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Ubi Phaedriae ſe oſtenderet nihilo minus
Amicum eſſe, quam Antiphoni. Hominem ad forum
Juſſi opperiri: eo me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum. quis eſt ulterior? at at Phaedriae
Pater venit. ſed quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe utier.
Petam hinc, unde a primo inſtiteram: is ſi dat, ſat eſt.
Si ab hoc nil fiet, tum hunc adoriar hoſpitem.

Geta.

Neſſun vidi io di Formion più ſcaltro!
Io vado a ritrovar, per raccontargli,
Come ci era biſogno dell'argento,
E quale ſtrada ſi potea tenere,
Per farlo: ed ei la bocca aperſi appena,
Che già mi avea capito: ne godeva:
Mi dava lodi: cercava del Vecchio:
Ringraziava gli Dei, che finalmente
Foſſe giunto qual tempo, ove egli a Fedria
Moſtraſſe l'amor ſuo dal tutto eguale
A quello d'Antifone: diſſi che in piazza
Ei mi aſpettaſſe, che colà condotto
Il Vecchio gli avrei.
Ma eccolo. E chi è quegli più lontano?
Ah ah, il Padre è di Fedria. Ed io animale
Di che ho temuto? perchè in cambio di uno
Alle mie trufe ſi preſentan due!
Certo che ſempre torneràmmi meglio
Avere due ſperanze, che una ſola.
Io abbatterommi a Demifone in prima,
Conforme ho cominciato: e ſe da lui
Mi è dato, ciò mi baſta: ſe mel nega,
Attaccherò queſto altro, che venuto
E' a noi di fuori.

ACTUS QUARTI

SCENA TERTIA.

ATTO QUARTO

SCENA TERZA.

Ter. Phor.

Fig. XV



Antipho, Geta, Chremes, Demipho.

Ant. Expecto, quam mox recipiat sese Geta.
Sed patruum video cum patre astantem. Hei mihi,
Quam timeo, adventus hujus quo impellat patrem!

Get. Adibo hosce. O noster Chreme. Chr. Salve Geta.
Get. Venire salvom volupe est. Chr. Credo. Get. Quid agitur?
Chr. Multa advenienti, ut fit, nova hic compluria.
Get. Ita. de Antiphone audistin' quae facta? Chr. Omnia.
Get. Tun' dixeras huic? facinus indignum Chreme!
Sic circumiri!
Dem. Id cum hoc agebam commodum.
Get. Nam hercle ego quoque id agitans mecum sedulo,
Inveni, opinor, remedium huic rei.
Dem. Quid Geta?
Quod remedium? Get. Ut abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. Dem. Qui Phormio? Get. Is, qui istam. Chr. Scio.
Get. Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam.
Prendo hominem solum: cur non, inquam, Phormio
Vides, inter nos sic haec potius cum bona
Ut componamus gratia, quam cum mala?
Herus liberalis est, et fugitans litium.
Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo
Uno ore auctores fuere, ut praecipitem hanc daret.

Ant

Antifone, Geta, Cremete, e Demifone.

Ant. Aspetto, che qui Gete
Omai sen venga: ma veggio mio Padre,
Che insieme si trattien col suo fratello.
Ah questa sua venuta
Chi sa in qual parte spingerà mio Padre!
Get. Andrò tra loro. O mio Cremete! Crem. O Gete!
Io ti do il ben trovato. Get. Ed io ho piacere
Di tua salvezza. Crem. Il credo. Get. Or dimmi un poco,
E che si fa? Crem. Conforme avvenir suole
A chi ritorna, molte cose, e molte
Qui di nuovo ho trovate. Get. D'Antifone
Dunque l'istoria tutta hai tu sentito?
Crem. Tutta. Get. Ed a quest' l'hai forse narrata?
Opra indegna per certo, o mio Cremete
L'essere raggirati in forme tale!
Dem. Di questo appunto si parlava adesso.
Get. Io pur pensava seriamente a questo,
E se non erro rimediar si puote.
Dem. Che di tu Gete? e come rimediarvi?
Get. Appena ti lasciai, che eccoti incontro
Mi vien Formion, Dem. Qual Formion? Get. Quegli....
Che quella... Crem. Lo so ben. Get. Mi venne in capo
Di scoprir quale fosse la sua mente.
Lo prendo a solo a solo, e sì gli dico,
Perchè Formion non dai tu di mano,
Onde si aggiusti con piacer comune
Questo affar non con rabbia, e con dispetto?
Il mio Padrone è largo, e non vuol liti.
Sebben gli amici suoi volesser tutti,
Ch'ei la cacciasse fuora di sua casa.

Ant

Ant. *Quid hic coeptat? aut quo evadet hodie?*

Get. *An legibus*
Datam esse parent dices, & illam ejicere?
Jam id exploratum est, eja, sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.
Verum pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis ejus agitur, sed pecunia.
Postquam hominem his verbis sentio mollirier,
Soli sumus nunc hic, inquam: eho dic, quid vis dari
Tibi in manum, ut herus his desistat litibus,
Haec hinc facessat, tu molestus ne sies?
Ant. *Satin' illi dii sunt propitii?* Get. *Nam sat scio,*
Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris,
Ut ille est bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos.

Dem. *Quis te istaec jussit loqui?*
Get. *Imo non potuit melius pervenirier*
Eo, quo nos volumus. Ant. *Occidi.*
Chr. *Perge eloqui.*
Get. *A primo homo insaniebat.* Chr. *Cedo, quid postulat?*
Get. *Quid? nimium quantum libuit.* Chr. *Dic.* Get. *Si quis daret*
Talentum magnum. Chr. *Imo malum hercle: ut nil pudet.*
Get. *Quod dixi adeo ei: quaeso, quid si filiam*
Suam unicam locaret? parvi retulit
Non suscepisse: inventa est, quae dotem petat.
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.
Haec denique ejus fuit postrema oratio:
Ego, inquit, jam a principio amici filiam,
Ita ut aequum fuerat, volui uxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem ejus incommodum,
In servitium pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, ut aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quae afferret, qui dissolverem
Quae debeo: & etiam nunc, si volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quae sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quam istanc, uxorem dari.

Ant. *Utrum stultitia facere ego hunc, an malitia*
Dicam, scientem, an imprudentem, incertus sum.

Dem. *Quid, si animam debet?* Get. *Ager oppositu' st pignori ob*
Decem minas, inquit. Dem. *Age age, jam ducat: dabo.*
Get. *Aediculae item sunt ob decem alias.* Chr. *Hui hui,*
Nimium est. Dem. *Ne clama: petito hasce a me decem.*
Get. *Uxori emunda ancillula est: tum pluscula*
Supellectile opus est: opus est sumptu ad nuptias:
His rebus pone sane, inquit, decem minas.

Chr. *Sexcentas proin potius scribito jam mihi dicas:*
Nil do. Impuratus me ille ut etiam irrideat?
Dem. *Quaeso, ego dabo, quiesce: tu modo filius*
Fac ut illam ducat, nos quam volumus.
Ant. *Hei mihi*
Geta, occidisti me tuis fallaciis.

Chr.

Ant. Che arsifogola ora questi? e dove mai
Vuol egli riuscire?
Get. Forse ti credi tu, se' cacciarla,
Che dalle leggi ne sarà punito?
Già questo si può dire. Oh te ne andrai
Tutto in sudore, se te la vai pigliando
Con un tale uomo, e di tanta eloquenza!
Ma voglio, che tu il vinca. Alla fin fine
Non si tratta di vita,
Ma è cosa, che si aggiusta con denaro.
Mentre così ragiono, e che lo vedo
Intenerito dalle mie parole
Eccoci qui gli dico testa testa,
Che ti ho da dar, perchè il Padron ti tolga
Da queste liti, e colei se ne vada,
E tu più non ci annoj? *Ant.* Ah che costui
Ha perduto il cervello. *Get.* Io so di certo,
Che se gli proporrai tu qualche cosa
Che abbia un poco di onesto, e insieme di utile
Per lui sì buon uomo, che tra voi
Oggi non ci sarà mezza parola.
Dem. E chi ti fa parlare in questo modo?
Get. Anzi giunger colà non potea meglio
Dove da noi si vuol. *Ant.* Son spacciato.
Crem. Seguita il tuo discorso. *Get.* In quelle prime
Egli dava in pazzie. *Crem.* Di', che domanda?
Get. Che domanda egli? assai quanto gli piacque.
Crem. Pure? *Get.* Se gli si desse un gran talento.
Crem. Anzi un gran male. E non se ne vergogna?
Get. Io pur gli dissi la medesima cosa.
E che poi a far egli d'avvantaggio,
S'ei maritasse una unica sua figlia?
O qual dal non avere avute figlie
Util ritragge, se dotare ei debbe
Una non sua, ma ritrovata a caso?
A farla corta, e per lasciar da parte
Tante sue leggerezze. Questa in fine
La somma fu del suo ragionamento.
Io ora disse egli sino dal bel principio
Volea sposar la figlia dell'amico
Come era di dover, che ben sapea
La sua miseria, e che una donna povera
Si dà per serva, e non per moglie al ricco.
Ma per dirtela schietta, avea bisogno,
Che ella mi desse qualche cosetta
Per sdebitarmi e parimente adesso,
Se Demifonte vorrà darmi altrettanto,
Quanto mi dà quest'altra, che ho sposata
Qual altra io in moglie bramo più di lei?
Ant. Io non so, se costui così si adopri
Per sciocchezza, o vero per malizia?
O se per senno? o ver per imprudenza?
Dem. E se egli avesse in debito la vita?
Get. Egli ha, dice, impegnato un suo Podere
Per dieci mine. *Dem.* Via su, se le prenda,
Che le darò. *Get.* E per dieci altre ancora
Certe piccole case. *Crem.* Ohi, ohi la cosa
Sen va in su troppo. *Dem.* O via non strepitare,
Tu queste dieci metterle a mio conto.
Get. Bisogna poi comprare alla moglie una
Una servetta, in oltre per la casa
Abbisognano certe cosette,
E ci vuol della spesa per le nozze.
Ora per tutto questo io faccio il computo,
Che ci vorranno almeno dieci altre mine.
Crem. Piuttosto mi appicchi ei seicento accuse.
Non gli vo' dare un ette, furfantaccio
Di più vuole uccellarmi! *Dem.* O via ti accheta,
Gli darò tutto. Or vedi tu, che il figlio
Si prenda quella, che bramiamo noi.
Ant. Geta mi hai morto colle tue fallacie.

Crem

Chr. *Mea cauſa ejicitur, me hoc eſt æquum amittere.*

Get. *Quantum poteſt, me certiorem, inquit, face,*
Si illam dare, hanc ut mittam, ne incertus ſiem:
Nam illi mihi dotem jam conſtituerunt dare.

Chr. *Jam accipiat: illis repudium renunciet:*
Hanc ducat. **Dem.** *Quæ quidem illi res vortat male.*
Chr. *Oppo tune adeo nunc mecum argentum attuli,*
Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia.
Id ſumam, uxori, tibi opus eſſe, dixero.

Crem. Io la faccio cacciar fuora di caſa,
Ond'è giuſto, che io perda quel che perdo.
Get. Fammi ſaper ſoggiunſe, quanto prima,
Se tu dai quella, onde io licenzi queſta,
Nè ſtia ſull'incertezza: già ſon pronti
I denari per dote di quell'altra.
Crem. Avrà ciò ch'egli vuol: ripudj quella,
Si prenda queſta. **Dem.** Ed ei ſia col malanno,
Che dio gli dia. **Crem.** O come meco a tempo
I denari portai, che mi fruttaro.
Quando era in Lenno, i Campi della moglie,
A te darogli, e dirò ad ella poi,
Che a te gli diedi per un tuo biſogno.

Dom. Aſpari ſculp.

ACTUS QUARTI
SCENA QUARTA.

ATTO QUARTO
SCENA QUARTA.



Antipho, Geta.

Ant. Geta. Get. *Hem.* Ant. *Quid egisti?* Get. *Emunxi argento senes.*

Ant. *Satin' est id?*

Get. *Nescio hercle: tantum jussus sum.*

Ant. *Eho verbero, aliud mihi respondes, ac rogo?*

Get. *Quid ergo narras?* Ant. *Quid ego narrem? opera tua ad*
Restim mihi quidem res redit planissume.
Ut te quidem omnes dii, deaeque, superi, inferi
Malis exemplis perdant. Get. *Hem, si quid velis,*
Huic mandes, qui te ad scopulum e tranquillo auferat.
Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem? injecta est spes patri,
Posse illam extrudi. Cedo, nunc porro Phormio
Dotem si accipiet, uxor ducenda est domum:
Quid fiet? Get. *Enim non ducet.*

Ant. *Novi: ceterum*
Cum argentum repetent, nostra causa scilicet
In nervum potius ibit. Get. *Nihil est Antipho,*
Quin male narrando possit depravarier.
Tu id, quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
Audi nunc contra jam. Si argentum acceperit,
Ducenda est uxor, ut ais: concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandi nuptias,
Vocandi, sacrificandi dabitur paululum.
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt:
Inde iste reddet. Ant. *Quamobrem? aut quid dicet?*

Get.

Antifone, e Geta.

Ant. Geta? *Get.* Chi vuole? *Ant.* E che hai tu fatto mai?

Get. Smunta ho la borsa a' Vecchi. *Ant.* E questo basta?

Get. Non so, lo affè: ma tanto mi fu imposto.

Ant. Olà carne da forche. Tu rispondi
Di una cosa, ed io d'altre mi rispondi?

Get. Dunque che mi di' tu? *Ant.* Quel che ti dico!
Che 'l mio essere hai manomesso il modo,
Che è bella peste un pelo impiccarsi.
Ah che i Numi del Cielo, e dell'Inferno
Per esempio degli altri ti sprofondino.
Or ecco a chi lo vuole un uom di garbo
De' fiderseue in cose di premura,
Che e quero mai il batterle ne' scogli.
Ed oh che inutil mai cosa fu questa
Di toccar questa piaga! e fare udire
Il nome di moglie! e per tal via
Por mio Padre in speranza di cacciarla
Fuora di casa! Or dunque Formione
Se prenderà le dote, in caso tale
Dovrà condurla la Consorte a Casa,
E allor che faremo noi? *Get.* Non condurralla.

Ant. Lo so. Ma quando rivorran l'argento,
Io credo i vegghi, che per causa nostra
Lascerassi legare. *Get.* Odi Antifone
Qualunque cosa è cerco tara male
Per bocche che si fia divien cattiva,
Ci vorrà pure il preparar le nozze,
Per far gl' invitti, e fare i Sacrifizi
Qualche poco di tempo: in questo mentre
Doveran gli amici il promesso denaro,
E quegli e questo ei lo darello. *Ant.* Ed egli
Dirà per qual motivo, ed a che fine!

Ge.

Get. *Rogas?*
Quae res? Poſt illa monſtra evenerunt mihi:
Introiit in aedes ater alienus canis:
Anguis per impluvium decidit de tegulis:
Gallina cecinit: interdixit hariolus:
Haruſpex vetuit ante brumam aliquid novi
Negoti incipere; quae cauſa eſt juſtiſſima.
Haec fient. Ant. Ut modo fiant.

Get. *Fiet: me vide.*
Pater exit: abi, dic, eſſe argentum, Phaedriae.

Get. Mi chiedi tu quel ch'ei farà per dire?
O quante ne può dire. In primo luogo
Che avuti ha per le nozze infauſti augurj:
Che entrò in ſua Caſa un Cane foreſtiero
Di negro pel: che giù per la grondaja
Cadde ſtriſciando gli embrici una ſerpe:
Che cantò la Gallina: che interdetto
Ei fu dall'Indovino: che l'Aruſpice
Nulla vuol, che faccia ei prima del Verno,
La qual coſa è giuſtiſſima: e ſtaranci
Queſte coſe ſicur. *Ant.* Purchè ſi facciano.
Get. Faranſi in me riposa: ecco tuo Padre,
Che eſce di Caſa, và, ritrova Fedria,
E digli, che i denari ſon trovati

Bern. Bistorini sculp.

Google

ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

ATTO QUARTO SCENA QUINTA.



Demipho, Geta, Chremes.

Dem. Quietus esto inquam: ego curabo, ne quid verborum duit.
Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi testes adhibeam,
Cui dem, & quam ob rem dem, commemorabo.
Get. Ut cautus est, ubi nil opus est!

Chr. Atque ita opus est facto & matura, dum libido eadem haec manet.
Nam si altera illaec magis instabit, forsitan nos rejiciat.
Get. Rem ipsam putasti. Dem. Duc me ad eum ergo.
Get. Non moror. Chr. Ubi hoc egeris,
Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc prius, quam hinc abit.
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne succenseat;
Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior;
Nos nostro officio nihil egressos esse; quantum is voluerit,
Datum esse dotis.

Dem. Quid, malum, tua id refert? Chr. Magni Demipho.
Non sat, tuum te officium fecisse, si non id fama approbat?
Chr. Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se ejectam praedicet.
Dem. Idem ego istuc facere possum. Chr. Mulier mulieri magis congruet.
Dem. Rogabo. Chr. Ubi illas ego nunc reperire possim, cogito.

Demifone, Geta, e Cremete.

Dem. Ti dico, che stii queto: averò io
Tutto il pensiero, che non ci dian parole,
Nè questo argento mi uscirà di mano,
Che non ci sieno alcuni testimoni,
Che vedano a chi dollo, e dica loro
La cagione, per cui da me vien dato.
Get. O come è accorto, dove non bisogna!
Crem. Questo è quel, che ha da farsi: ma tu sbrigati,
Finchè l'amor gli dura, che se l'altra
Farà forza maggior non ci rifiuti.
Allor Get. Ben pensi. Dem. Andiamo pure. Get. Andiamo.
Crem. Fatto questo, n'andrai dalla mia moglie,
Acciò che venga a trovar costei,
Prima ch'ella da voi faccia partenza,
E che le dica, che non si abbia a male,
Se a Formion la diamo per moglie,
Che sendole assai noto, e familiare,
Lo credemmo per lei più approposito,
E che fatto abbiam noi dal canto nostro
Ciò, che noi dovevamo, e quella dote
Data le abbiamo, che ei fu richiesta.
Dem. O Diavol! questa cosa, e che t'importa?
Crem. Da molto Demifone.
Dem. Non ti basta aver fatto il tuo dovere
Senza che il debba confermar la fama?
Crem. Lo voglio far di suo contento ancora,
Acciò non creda, che l'abbiam scacciata.
Dem. Cotesto stesso io posso far io.
Crem. No, che fia meglio, che una donna all'altra
Faccia tal rapporto. Dem. Andrò a pregarla
Crem. Ora penso, dove le potrò trovare

ACTUS QUINTI

SCENA PRIMA.

ATTO QUINTO

SCENA PRIMA.

Ter Phor.

Fig XXIII



Sophrona, Chremes,

Soph. *QUid agam? quem nunc amicum inveniam miſera? aut cui conſilia*
Hac referam? aut unde mihi auxilium petam? nam vereor,
Hera ne ob meum ſuaſum indigna injuria afficiatur:
Ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio violenter,

Chr. *Nam quæ hæc anus eſt exanimata, a fratre quæ egreſſa eſt meo?*

Soph. *Quod ut facerem, me egeſtas impulit; cum ſcirem infirmas nuptias*
Haſce eſſe; ut id conſulerem, interea vita
Ut in tuto foret,

Chr. *Certe edepol, niſi me animus fallit,*
Aut parum proſpiciunt oculi, meæ nutricem gnatæ video.

Soph. *Neque ille inveſtigatur* Chr. *Quid ago?* Soph. *Qui eſt ejus pater.* Chr. *Adeon',*
An maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognoſco? Soph. *Quod ſi eum nunc*
Reperire poſſim, nihil eſt, quod verear, Chr. *Ea ipſa eſt. Colloquar.*

Soph. *Quis hic loquitur?* Chr. *Sophrona.* Soph. *Et meum nomen nominat?* Chr. *Ad me reſpice.*

Soph. *Di obſecro vos, eſt ne hic Stilpo?* Chr. *Non,*
Soph. *Negas?*

Chr. *Concede hinc paululum a foribus iſtorſum ſodes Sophrona.*
Ne me iſtoc poſt hac nomine appellaſſis. Soph. *Quid? non es, obſecro, is,*
Quem ſemper te eſſe dictitaſti? Chr. *St.* Soph. *Quid has metuis fores?*

Chr.

Sofrona, e Cremete,

Sof CHe farò me tapina! e qual amico
Ritroveromme? o a cui potrò fidare
Queſti noſtri andamenti? o da chi mai
Impetrerò ſoccorſo? che ho timore,
Che alla Padrona mia non venga fatta
Per mia cagion qualche ſolenne ingiuria!
Perchè è voce, che il Padre di Antifone
Soffra con violenza un fatto tale.

Crem Ma chi è quella Vecchia ſpaventata,
Che del fratello mio eſce or di caſa?

Sof La ſola povertà m'induſſe a fare
Queſto, che ho fatto, che ſebben ſapea,
Che queſte nozze non eran ſicure,
Nulladimen le perſuaſi a lei
A ſolo oggetto di poter campare

Crem Se io non m'inganno, o l'occhio non mi burla
Quella è la Balia della mia figliuola

Sof Nè queſti ſi rintraccia. Crem Che fo io?

Sof Che è 'l ſuo Padre. Crem. L'abbordo? o pur mi fermo
Per più chiaro capir ciò ch'ella dice?

Sof Che ſe ritrovo lui ſono contenta,
E fuor d'ogni timore. Crem Al certo è deſſa:
Io voglio parlar ſeco. Sof In queſto luogo
Chi favella? Crem Sofrona. Sof E ſa il mio nome?

Crem A me ti volgi. Sof O Dei vi prego, queſti
Non è Stilfone? Crem Egli non è. Sof Lo neghi?

Crem Sofrona, ti ſlontana per un poco
Da coteſto uſcio, ed a me ti avvicina
Omai più non chiamarmi con tal nome.

Sof, Che? Dunque forſe non ſei più quel deſſo,
Che ci diceſti ognora eſſere ſtato?

Crem Zi Sof. Ma qual timore hai tu di queſto uſcio?

Crem

Chr. *Conclusam hic habeo uxorem saevam? verum istoc me nomine*
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis, atque id porro aliqua uxor mea rescisceret.
Soph. *Istoc pol nos te hic invenire miserae numquam potuimus.*
Chr. *Eho dic mihi, quid rei tibi est cum familia hac, unde exis? ubi illae sunt?* Soph. *Miseram me.* Chr. *Hem quid est? vivuntne?* Soph. *Vivit gnata.*
Matrem ipsam ex aegritudine hac miseram mors consecuta est.
Chr. *Male factum.* Soph. *Ego autem, quae essem anus deserta, egens, ignota,*
Ut potui nuptum virginem locavi huic adolescenti,
Harum qui est dominus aedium. Chr. *Antiphonine?* Soph. *Isti inquam ipsi.* Chr. *Quid?*
Duasne is uxores habet? Soph. *Au obsecro, unam ille quidem hanc solam.*
Chr. *Quid illam alteram, quae dicitur cognata?* Soph. *Haec ergo est.* Chr. *Quid ais?*
Soph. *Composito est factum, quo modo hanc amans habere posset*
Sine dote. Chr. *Dii vostram fidem, quam saepe forte temere*
Eveniunt, quae non audeas optare? offendi adveniens,
Quicum volebam, atque ut volebam, conlocatam filiam:
Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, ut fieret,
Sine nostra cura maxuma, sua cura haec sola fecit.

Soph. *Nunc quid facto est opus, vide. Pater adolescentis venit,*
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. Chr. *Nihil pericli est.*
Sed per deos atque homines, meam esse hanc, cave resciscat quisquam.

Soph. *Nemo ex me scibit.* Chr. *Sequere me: intus cetera audies.*

Crem. Chiusa ci tengo la mia fiera moglie,
Del resto io vi nascosi il vero nome
Per timore, che un dì per imprudenza
Non vi uscisse di bocca, e la mia moglie
Non venisse a scoprir tutto l'intrigo.
Sof. E questa [illegible]
La cagion fu, che mai non ti trovammo.
Crem. Or dimmi un poco, che cosa hai da fare
In quella casa, onde ti ho visto uscire?
E dove si stan quelle? *Sof.* Ah me meschina!
Crem. Ahime! che di'el tu? sono elle vive?
Sof. La figlia è viva: ma l'afflitta Madre
Da puro affanno ci lasciò morendo.
Crem. O caso doloroso! *Sof.* Io me veggendo
Oltre cogli anni abbandonata, e povera,
E a tutti ignota, al meglio, che potei
Maritai la fanciulla a un giovanotto
Padron di questa Casa. *Crem.* Ad Antifone!
Sof. Sì ad appunto a costui. *Crem.* Che mi dici!
Avrà forse due mogli. *Sof.* Ah te ne prego,
Ei certamente altra non ha che questa.
Crem. E quell'altra, che è detta sua parente?
Sof. È dunque questa. *Crem.* Che mi narri? *Sof.* Ascolta
Ogni cosa si è fatta di concerto,
Perchè possa costui, che tanto l'ama
Averla senza dote. *Crem.* Eterni Dei
La vostra fede imploro. Quante volte
Quello a caso si ottiene, che non si avrebbe
Nè pure avuto ardire di bramare!
Al mio ritorno trovato ho la figlia
Sposata a quel, che io volli, e come io volli;
E quello, che noi due congiunti insieme
Duravamo grandissima fatica,
Acciò che riuscisse, costei sola
A forza della sua gran diligenza,
Nè lo pensando noi, condotto ha a fine.
Sof. Or vedi tu quel che far si convenga.
Egli è venuto il Padre dello Sposo,
E dicono, che sia sdegnato al sommo
Per questo matrimonio. *Crem.* Stà sicura;
Ma per gli Dei ti prego, e ancor per gli uomini,
Che badi bene, che nessun giammai
Risappia esser costei figliuola mia.
Sof. Dalla mia bocca alcuno non saprallo.
Crem. Seguimi; il resto narrerotti in casa.

ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

ATTO QUINTO SCENA SECONDA.



Demipho, Geta.

Dem. Nostra quidem culpa facimus, ut malis expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos.
Ita fugias, ne praeter casam, quod aiunt. Nonne id sat erat,
Accipere ab illo injuriam? etiam argentum est ultro objectum,
Ut sit qui vivat, dum aliud aliquid flagitii conficiat.
Get. Planissime. Dem. His nunc praemium est, qui recta prava faciunt.
Get. Verissime. Dem. Ut stultissime quidem illi rem gesserimus,
Get. Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.
Dem. Etiam nunc id dubium est? Get. Haud scio hercle, ut homo est, an mutet animum.
Dem. Hem, mutet autem?
Get. Nescio: verum, si forte, dico.
Dem. Ita faciam, ut frater censuit, uxorem ejus huc adducam,
Cum illa ut loquatur. Tu abi Geta praenuntia hanc venturam.
Get. Argentum inventum est Phaedriae: de jurgio siletur:
Provisum est, ne in praesentia haec hinc abeat: quid nunc porro?
Quid fiet? in eodem luto haesitas: versuram solves

Demifone, e Geta.

Dem. Per nostra colpa avvien, che torni bene
All'uom cattivo l'essere cattivo,
Mentre affettiamo di assai nominati
Onesti, e liberali: fuggi in modo
Si suol dir, che non perda mai di vista
La casa tua. Ricevuto da colui
Un grave affronto non potea bastare,
Che l'argento di più gli si offrisse?
Acciò che viva, e acciò commettar possa
Dell'altre furberie? Get. Egli è certissimo.
Dem. Or questo è il premio di color, che tanto
La cosa dritta divenire obliqua.
Get. Pur troppo è vero. Dem. Colla stoltezza nostra,
Come bene aggiustammo i fatti suoi!
Get. Purchè per questa via possiamo uscirne,
E ch'ei si abbia costei. Dem. E ancor di questo
Egli ci è dubbio? Get. Io non so già per dio
Che uomo si sia costui, e se si muti
Di animo facilmente. Dem. Oh che ti pensi,
Che si abbia da mutare?
Get. Non lo so, ma ciò dico, se per sorte.
Dem. Così farò, siccome mio fratello
Stimò doversi far, che qui venisse
Sua moglie, e si abboccasse con costei.
Geta va via, a dirla, che tra poco
Essa sarà da lei. Get. Trovato il danaro
E per Fedria. Di liti non si parla,
E in tanto si è provvisto per adesso,
Che costei non si parta. Ma da poi,
Che farà egli? nel fango medesimo
Tu ti ravvolgi, o Geta, per adesso
Muti tu avventore, e il mal presente

Cras ei præſens quod fuerat malum, in diem abibit; plagæ creſcunt,
Niſi proſpicis. Nunc hinc, domum ibo, ac Phanium edocebo,
Nequid vereatur Phormionem, aut ejus orationem.

Si è traſferito a qualche giorno incerto,
E ſe non penſi bene a' caſi tuoi
Si fan le pene tue ſempre maggiori.
Adeſſo andronne a caſa ad indettare
Fania di tutto, onde timor non abbia
Di Formione, e delle ſue parole,

ACTUS QUINTI
SCENA TERTIA.

ATTO QUINTO
SCENA TERZA.



Act.V Scen.III

Demipho, Nauſiſtrata, Chremes.

Dem. Age dum, ut ſoles Nauſiſtrata, fac illa ut placetur nobis;
Ut ſua voluntate id, quod eſt faciundum, faciat.
Nauſ. Faciam.
Dem. Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es.
Nauſ. Factum volo: ac pol minus queo viri culpa, quam me dignum eſt.
Dem. Quid autem?
Nauſ. Quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur: nam ex his prædiis talenta argenti bina
Capiebat ſtatim. Hem, vir viro quid præſtat.
Dem. Bina quæſo?
Nauſ. Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina.
Dem. Hui.
Nauſ. Quid hæc videntur? Dem. Scilicet. Nauſ. Virum me natam vellem:
Ego oſtenderem. Dem. Certo ſcio. Nauſ. Quo pacto. Dem. Parce ſodes,
Ut poſſis cum illa; ne te adoleſcens mulier defatiget.
Nauſ. Faciam, ut jubes: ſed meum virum abs te exire video. Chr. Hem Demipho,
Jam illi datum eſt argentum?
Dem. Curavi illico. Chr. Nollem datum.
Hei, video uxorem: pene plus, quam ſat erat.
Dem. Cur nolles, Chreme?

Demifone, Nauſiſtrata, e Cremete.

Dem. Or via colle tue maniere ſolite
Nauſiſtrata ti adopra, che colei
Con noi ſi plachi, e che di voglia ſua
Faccia quello, che le ſue ella ha da fare.
Nauſ. Farollo. Dem. E col tuo ſtudio ora mi aiuti,
Siccome poco fa mi deſti aita
Co' tuoi denari. Nauſ. E di averteli dati
Ne ho piacere, e mi duol di poter meno
(Che ti avrei dato più) per ſola colpa
